COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS XXVI. PARS IV.

LIPSIAE, MDCCLXXXV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Io. Balfour, Lugd. Bat. apud Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi senior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Milano apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Laurent. Giraud, Holmiae apud Magnum Swederum.

I.

Philoſophical Transactions of the Royal Society of London. Vol. LXX. P. I. II. for the Year 1780. London 1780. 680 pagg. 4. ſold by Lockyer Davis et Pet. Elmsly, printed by I. Nicholls.

h. e.

Acta Societatis regiae Londinenſis. Vol. LXX.

Quae ad artem medicam et ſcientiam naturalem in hoc Volumine ſpectant, obſeruationes, eas pro conſuetudine noſtra breuiter hoc loco indicabimus. P. I.

2. TIBERII CAVALLO *Relatio de quibusdam experimentis electricis nuper excogitatis, duobusque inſtrumentis nouis electricitatis cognitionem adiuuantibus.* Recenſetur primo loco experimentum illud, quod Cl. LICHTENBERG in Commentatione I. *de noua methodo naturam ac motum fluidi electrici inueſtigandi*, a. 1776. primus diuulgauit. Quod, etſi harum rerum amatoribus iam dudum notum eſſe ſuſpicamur, hoc loco tamen paucis deſcribere, haud erit ſuperuacaneum. In Electrophoro bene perfricto, metalli lamina collocatur, et in hanc deinceps ex Leidenſi phiala ſcintilla electrica demittitur. Metallo poſtmodum manubrii vitrei aliusue idioelectrici ope ablato, diſcus Electrophori reſinoſus puluere reſinae conſpergitur. Iam, ſi diſcus ille negatiua, quam dicunt, electricitate praeditus, ſcintilla autem in ipſum demiſſa poſitiua fuerit, puluis reſinoſus in eam partem electrophori ſeſe recipiet, quam antea metallum tetigit; ibique in radiatas ſtellularum figuras efformabitur, reliqua pars diſci nuda manebit. Quod ſi vero diſci electricitas poſitiua fuerit, et p. 15.

ſcintilla negatiua, tunc in contrarias ſedes ſtellulae puluerulentae migrabunt, nihilque in ea parte electrophori, quam metallum tetigit, efflorescet. Electrometri adminiculo Cl. CAVALLO cauſſam huius phaenomeni in eo poſitam eſſe inuenit, quod pulvis reſinoſus, dum diſco electrophori inſpergitur, electricitatem negatiuam adipiſcatur, ideoque non poſſit non in eas partes abripi, quae poſitiua electricitate ſunt praeditae. Addit hoc experimento ſimul inuentam eſſe viam ac rationem puluerum quorumcunque electricitatem explorandi; quae quidem res ita poteſt inſtitui, vt ex cochleari puluis in diſcum metallicum corpori cuidam ex eorum genere, quae electrum non deriuant, impoſitum et electrometro munitum, ſenſim et ex ſex circiter pollicum altitudine deiiciatur. Qui vero puluere eam habent naturam, vt electricitatem ex aliis corporibus abducere poſſint, v. c. arenae, metallorum ramenta etc. illi ex cochleari vitreo vel alio per ſe electrico in
p. 21. diſcum metallicum demitti debent. — Sequitur noui cuiusdam electrometri a Cl. CAVALLO excogitati et alius inſtrumenti, quo vaporum ſub combuſtione variorum corporum ſurgentium electricitas explorari poteſt, deſcriptio; quam, cum ſine figurarum inſpectione vix intelligi poſſit, hoc loco repetere nolumus.

p. 30. 3. GEORG. FORDYCE *mineras cupri explorandi noua methodus.* Minerae bene tritae granis 100 aquae regiae, ex aequalibus acidi nitroſi et ſalini partibus paratae, vncia vna affunditur. Vas vitreum, quo iſta continentur, in balneo arenae collocatur; igne ita moderato, vt per quadrantem horae liquor efferueſcens ebulliat. Solutioni poſt refrigerium aquae vnciae duae adduntur, et qui ſupernatat liquor purus et limpidus in aliud vas transfuſus ſeorſim ſeruatur. Quod reſtat pulueris non ſoluti

iterum

iterum cum acido maceratur et coquitur; atque hac ratione in ſoluenda minera pergitur, donec acidum recens affuſum nihil caerulei vel viridis caloris extrahat. Solutiones omnes repetitis vicibus paratae inter ſe miſcentur, et ad liquorem ſal tartari purus aqua ſolutus ſenſim additur, donec illud omne, quod acida diſſoluerant, praecipitatum fuerit. Affuſo deinceps acido vitriolico, materia, quae fundum vaſis petierat, iterum diſſoluitur, vel ſaltim exiguus puluis albus non ſolutus reſtat, qui filtro ſeparari debet. In ſolutionem ferri lamina polita demergitur, cui intra 24 horas cuprum adhaeret, alia metalli parte in fundo vaſis collecta. Cuprum a ferro iterata tenuis acidi vitriolici affuſione ſeparatur et aqua abluitur, puluis autem deiectus ablutione et decantatione colligitur. Tandem metallum omne probe exſiccatum ad ſtateram exigitur.

4. GVIL. HAMILTON *de Veſuuii montis incendio* p. 42. *d.* 5. *Aug. a.* 1779. Auctor haud procul a Veſuuii cratere columnas baſalticas ex ipſis montis faucibus proiectas reperit, ideoque exiſtimat, Lauas interdum in ipſis Vulcanorum focis, antequam aër ad eas accedere poſſit, in cryſtallos efformari. In illo, quod hoc loco deſcribitur, Veſuuii incendio, nubes ab initio prorumpebat niue candidior, montis altitudinem quadruplo fere exſuperans, et in medio huius vortice immenſa ſcoriarum lapidum cinerumque et lauae copia ad 2000 pedum altitudinem eructabatur. Vicina oppida intolerabili aeſtu, denſaque fauillae illabentis caligine premebantur, agrosque omnes vitrei quid, longa filamenta referens, operiebat. Aues ſulphureus vapor ſuffocabat, arbores autem ſalino quodam niueoque tomento incruſtabantur. Poſtridie ſub noctem ex duabus voraginibus ignita ſcoria protrudi videbatur, cuius diuiſa flumina in valles ſubiectas exundabant. Plu-

via ex nubibus prope montem delapſa tantum feruorem contraxerat, vt cutim ambureret. Maxima autem flammarum turbines d. 8. Auguſti ſub mediam noctem apparebant, tanta mole, vt ad 10000 pedum altitudinem ignis, columnae inſtar, exſurgeret. Aterrimus ſimul prodibat fumus, in cuius medio electrici ignis pallidiora fulgura ita diſcurrebant, vt ad ignitum focum ſemper reuerterentur. Tanta vero claritate lucebat illa montis flamma, vt Surrenti, quod oppidum 12000. paſſ. a Veſuuio diſtat, literae ad eius lucem legi potuerint. — Caeterum hoc montis incendium, et agri vicini et montis ipſius faciem prorſus immutaſſe viſum eſt, cum et vallem, quae Veſuuium montemque Summum (Somma) interiacet, ad 250 pedum altitudinem fauilla fuſisque lapidibus repleuerit, et Veſuuii verticem haud mediocri mole auxerit, crateris vero oras plus vno loco perruperit et quaſi laceras reddiderit. — Recentia lauae fruſta haud raro vetuſtis erant praegnantia, quae ſcilicet ſcoria circumfuſa obduxerat. In ſcoriarum foraminibus vitri puri pumicisque particulae haerebant, ipſaeque ſcoriae microſcopio luſtratae, nil niſi vitri in fila ducti confuſas maſſas oculis contemplantium offerebant.

p. 109. 7. *Experimenta quaedam nouum acidum animale ſpectantia auct.* L. CRELLIO, *Prof. Helmſtad.* Acidum pinguedinis animalis, quod SEGNERVS quondam detexerat, et ſingulari Diſſertatione Gottingae a. 1754. typis expreſſa illuſtrauerat, Cl. CRELLIVS repetitis laboribus accuratius inueſtigauit multisque nouis additionibus Segneri inuentum auxit. Ex libris duabus lardi bubuli deſtillationibus iteratis oleique igne extorti cum aqua ablutionibus obtinuit, olei puri ℥xiv, acidi ℥vij, ℈ij, carbonis ℥x, ℥vj, ℈ij. Oleum cum ſalibus lixiuis in ſaponem concrevit, ab acido vitriolico affuſo in coagulum piceum

mox

mox iterum reſoluendum conuertebatur. Spiritus nitri fumans cum albo oleo neque incaleſcebat, neque combinabatur, ſed colore in pallidiorem ſtramineum mutato ſub ipſo oleo in fundo vaſis deſidebat. Idem vero fuſcum pinguedinis oleum, multis fumis editis, coagulabat, deiectis ſimul quibusdam particulis, quae carbonaceae videbantur. Iſtae aqua ſeorſim affuſa ſolutionem flauicantem et amaram praebebant, qua euaporata ſalinum quid relinquebatur flauo ſuo colore ſpiritum vini tingens. Spiritus ſalis fumans parum de vtroque oleo coagulabat, reliquam eiusdem partem prorſus non mutabat. Pars coacta aëri ſeorſim expoſita colorem induebat purpureum. Acidum aceti fortiſſimum ex aerugine paratum, nihil in albo pinguedinis oleo mutabat; niſi quod albus huius color in dilute fuſcum, praſinus acidi in obſcurius fuſcum degeneraret. Carbo poſt olei deſtillationem relictus non niſi maxima cum difficultate in cineres comburi ſe patiebatur. In cineribus iſtis acidum phosphoreum, terra calcarea, aluminaris et ſilicea, ferri nihil, inerat. Acidum, quod ex ſebo deſtillatio extorſerat, iterata deſtillatione concentrari haud poterat. Cum ſale lixiuo plantarum ſal efficiebat, cui *tartari animalis* nomen facit Cl. CRELLIVS, terrae foliatae ſatis ſimile, fixum, ignem haud concipiens, ſpiritu vini hactenus non ſolubile, vt tamen colore ſubflauo illum inficeret. Natrum cum acido pinguedinis depurato, in cryſtallos quadratas, pyramide triangulari turritas, ſub dio paullatim fatiſcentes concreſcebat. Cum ſale lixiuo volatili idem acidum ſalem praebebat medium, eodem, quo ſal ammoniacus, ignis calore ſeſe attollentem, tomentique formam in cucurbitae collo affectantem. Calcem cum ſtrepitu ſoluebat, ſalſasque cum illa cryſtallos, hexagonas, truncatas, aqua facile, ſpiritu

vini non ſolubiles, ad aërem denique conſtantes efformabat. Cum terra magneſia in maſſam informem gummoſam coibat, cum aluminoſa etiam cryſtallos effingere recuſabat. Terra ſilicea illi non nubebat. Ex tartaro animali, affuſo vitrioli oleo, fortius proliciebatur acidum, cum ſpiritu vini generoſo *naphtham pinguedinis animalis* aromatico odore praeditam efficiens. Poteſt etiam illud acidum concentratum obtineri, ſi ſapo (cui tamen ſalis communis nihil ineſſe debet) ſolutus, alumine deſtruitur colatumque fluidum poſt euaporationem cum alumine forti igne in vaſis clauſis torquetur. Quod hac via paratur pinguedinis acidum, aurum ſolvere Auctori viſum eſt.

p. 128. 8. IOH. HVNTER *Commentatio de muliere, quae, cum vtero gerens variolis laboraſſet, morbo iſto foetum infeciſſe viſa eſt.* Puer in lucem editus corpus variolis earumque cicatricibus et eſcharis obſitum habebat; morbo matris quindecimum circiter diem agente. Variorum auctorum teſtimoniis demonſtratur, fiere poſſe, vt variolae ſiue ex matre ad foetum migrent, ſiue hunc ſolum, matre nihil inde paſſa, afficiant.

p. 163. 11. FEL. FONTANAE *Diſſertatio de Veneno quodam Americano*, Ticunas *dicto*. Non tanta eſt, vt vulgo creditum eſt, huius veneni efficacia, quae vel halitu ſolo poſſit occidere, neque accenſi vapores, vtut odore tetro infecti, animalia necant. Aqua acidisque mineralibus et vegetabilibus ſolui poteſt, vitriolico tamen paullo tardius. Neque cum alcalinis neque cum acidis ſalibus efferueſcit, neque lac ſuccosue plantarum rubros alio quam fuſco ſuo colore tingit. Microſcopio luſtratum nihil ſalini offert. Cuniculos, indicosque porcellos grana huius veneni 8 — 10. per os ingeſta trucidant; parcior doſis ſufficit poſt diutius protractum animalis

ieiunium,

ieiunium. Aqua ſolutum, cutisque, aut muſculorum vulneribus illitum, vel in ſanguinis vaſa ſiphone adactum mortem praecipitanter infert: neruis autem gallorumue gallinaceorum criſtis impune adſpergitur. Ranas teſtudinesque paullo lentius iugulat. Sanguis ab admiſto *Ticunas* non congelatur quidem, at colore atro inficitur. In viuis animalibus neruos reſoluit, ſenſum motumque extinguit et languorem ſummum inducit. Muſculorum vim irritabilem delet, cordis vero et inteſtinorum motui parcit. Animalium hoc veneno occiſorum muſculi ſolito pallidiores ſunt, vaſa nigro, ſed fluido cruore diſtenta, pulmones atris maculis ſuffuſi, veluti corroſi eſſent. Mors, quam minatur hoc venenum, matura partium vulneratarum amputatione praevertitur, non vero exuſtione lapide cauſtico facta. Acidis mineralibus temperatum vires letales deponere videtur. Similis eſſe videtur efficacia ſagittarum, quas veneno Americani inficiunt. Oleum tabaci vulneribus illitum, artuum motum delet, mortem tamen haud infert; columbis ſimul vomitum mouet. — Aqua ſpirituoſa deſtillatione ſicca ex foliis Lauri Cerafi parata, praeſentiſſimum eſt venenum omni generi animalium calidorum pariter ac frigidorum, in quibus Cl. FONTANA experimenta cepit. Per os ingeſtum, vel clyſteris inſtar in anum iniectum, celerius necat, quam vulneribus admotum. Efficacia huius veneni non in volatili parte reſidet; necat enim, licet per longum tempus aëri libero expoſitum et odore omni exutum fuerit. Nerui impune hac aqua humectantur, nec in vaſa ſanguinis iniecta occidit. Cordis motum imminuit, non vero repente tollit. In vniuerſum autem vi irritabili deleta iugulare videtur *).

*) Ab his, quae hoc loco deſcripſimus, haud parum differunt

p. 239. 13. GVIL. BLIZARD *noua fistulam lacrymalem ſanandi methodus.* Per anguſtiſſimum tubulum chalybeum vitreo tubo agglutinatum et alterutri punctorum lacrymalium inſertum argentum viuum in vias lacrymarum demittitur, cuius pondus obſtructiones breui tempore reſerat.

P. II. p. 323. 19. RICH. BROWNE CHESTON *Relatio de ſingulari ductus thoracici in oſſeam naturam transmutatione.* Iuuenis 22. annorum dum viuebat, de corum genuumque doloribus conquerebatur, quos rheumaticos eſſe creditum eſt. Accedebat poſtuodum femoris dextri tumor ingens, et, qualis in fractis eſſe ſolet, relaxatio, vrinae difficultas, pubis in ſiniſtro abdominis latere tumor, ingensque totum ventrem occupans dolor. Vehementer per intervalla febricitabat, viribusque exhauſtus non niſi opiatis vitae miſerae ſolamen experiebatur. Tandem, quinto morbi menſe, doloribus ſponte ſedatis, mortem oppetebat. In cadauere venae abdominis cutaneae multum prominebant. Inteſtina fere ſana, colon totum et veſica multo lotio diſtenta in ſiniſtram regionem iliacam ſeſe receperant, cum latus dextrum et vltra dimidiam peluis partem informe concrementum occuparet, cartilagine ſcirrhoſa oſſeisque et calculoſis partibus conſtans. Ex hac maſſa cartilagineum quid (ad aërem liberum oſſeſcens) iuxta ſpinam dorſi vsque ad renum ſedem porrigebatur. Pulmones obſtructi multisque locis cartilaginea farti erant materie, qualem in abdomi-

am

differunt alia eaque recentiora eiusdem auctoris experimenta, quorum rationem expoſuit in praecipuo ſuo opere, cui titulus eſt: *Traité ſur le venin de la vipere, ſur les poiſons americains, ſur le Laurier-Cerise* etc. à Florence 1781. II. Voll. 4. Hoc vero alio tempore prolixius indicabimus.

nis cauo modo diximus. Cor flaccidum erat, vacuum, ſolitoque anguſtius, caeteroquin ſanum. Valuulae cordis ipſaque arteria aorta ab omni labe immunes erant, quamuis haec, quam poſteriori loco diximus, arteria, inde a diuiſione in iliacas, vsque ad coeliacae exitum cartilaginea illa maſſa circumſepta eſſet. Pone aortam ductus thoracicus erat, inde a receptaculo chyli vsque ad ſubclauiae venae viciniam oſſea materie plenus. Vena ſine pari nihil morboſi oſtendebat, caua autem, inde a renalium origine vsque ad ſacri oſſis protuberantiam, dura et cartilaginea materie plena erat. Lien, iecur et pancreas vt in ſano homine comparata erant, veſica fellea parua et vacua. Renes tumidi erant liuidique et inflammationi proximi. Dextri latéris vreter multo lotio diſtentus erat, ſiniſter vero naturali haud maior. Veſicae membranae craſſae, ſed ſine vlla alia labe erant. Caeterum veſica non ad latus, ſed ſuperiora verſus longitudine increuerat. Tumor ille, qui dextra ilia occupabat, longe lateque radices in abdomine egerat, partemque inſignem oſſis coxae carie affeciſſe videbatur. — Liceat nobis hoc loco, vt narrationem contrahamus, ea addere, quae Cl. CHESTON peculiari diſſertatione in his ipſis Actis Anglicanis No. 33. de iſto coxae vitio ſeorſim exp. 578. poſuit. Scilicet poſt macerationem oſſis per 5 menſes protractam apparuit, non ex tumore interno abdominis, cariem in coxa ortam, neque omnino hanc carioſam eſſe, ſed inſigni tantum oſſeae materiei eo depoſitae congerie onuſtam. Videbatur autem cruſta illa oſſea inde a ſymphyſi pubis (hic enim terminus quaſi erat, morbi in dextro et integritatis in ſiniſtro coxarum oſſe) ad os pubis et iſchium, et ad acetabulum ita migraſſe, vt horum facies externa pariter ac interna exeſa inde eſſet; ileum autem ſub hac cruſta illaeſum prorſus latebat.

bat. Haec de coxae morbo. Ductus thoracicus tota ſua longitudine oſſea materie repletus erat, ſola parte excepta, quae proxima eſt chyli receptaculo. Hac enim ſede, et in ipſa ciſterna lumbari, oſſea materies aliquod ſpatium non prorſus plenum reliquerat. Membranae ductus thoracici parum mutatae erant. Glanduloſum quid lateri ductus thoracici in ſuprema parte adhaerebat, quod parvum oſſeum nucleum continebat.

p. 334. 20. ED. NAIRNE *de Electricitatis vi in minoribus filorum metallicorum longitudine.* Singulis ictibus electricis, maximo phialarum Leydenſium apparatu excitatis, $\frac{1}{8}$ lineae geometricae partibus filum ferreum decurtabatur, aeneum autem $\frac{1}{28}$ parte pollicis.

p. 345. 22. TH. PERCIVAL *Relatio de noua quadam cineres clauellatos praeparandi methodo.* Societas oeconomica, quae Mancheſtriae floret, nouam quandam agros ſtercorandi rationem dudum propoſuerat, quae in eo verſatur, vt aqua ex ſimetis collecta multisque ſalibus et putrilagine foeta in lacus, ad hunc vſum ſtructos, deducatur, et ex his deinceps in prata deriuetur. Ex hac aqua euaporatione reduique exuſtione cineres clauellatos parari poſſe BIRCHIUM quendam experientia docuit; cuius ut hoc loco exponitur. Caeterum ſal iſte lixiuus ratione excoctus multum phlogiſton continet.

p. 354. 23. IOH. INGENHOUSZ *de aëris in alto mari, et locis maritimis et remotis a mari locis ſalubritate ſuperi.* Numeroſis experimentis efficitur, aërem marinum et mari vicinum terreſtri in vniuerſum puriorem eſſe et ſalubriorem: hibernum etiam, dummodo non intempeſtiue nimis tepeat, aeſtiuum aërem ſalubritate ſuperare.

p. 527. 30. IOH. HUNTER *de rara quadam Phaſeoli varietate.* Obſeruatum eſt, in multis animalium generibus ſexum vtrumque non tantum partes genitales

genitalium conformatione, verum etiam aliis facileque obuiis notis distingui; marem autem a femina vsque ad pubertatis tempora nihil omnino aut parum differre. Quapropter, cum discrimen illud a sola masculi corporis mutatione proficiscatur, femina autem vel etiam mas, cui testes resecti fuerunt, eandem propemodum formam per omne tempus vitae seruet, certiores quorumuis animalium characteres a femineo sexu depromi existimat Cl. HUNTERUS; longe certissimos vero ab hermaphroditis, si qui tales in aliquo animalium genere nascantur. Accidit interdum in Phasianis feminis, vt prouectiores aetate post numerosos ouorum partus plumis, quales in mare solent esse, reliquis partibus non mutatis vestiantur, ouaque tunc gignere desinant. Idem in Pauone femina contingere semel vidit Cl. HUNTERUS, hisque obseruationibus ductus, arbitratur, femineum sexum interdum, sed longe tardius easdem subire formae mutationes, quae in maribus sub pubertatis annos eueniunt.

31. DAN. PET. LAYARD *de lue bouina animadversiones.* Demonstratur, hanc luem variolis esse similem, simulque eiusdem insitio arte facta laudatur. p. 536.

Elenchus obseruationum mathematicarum, meteorologicarum etc. quae in hoc volumine continentur.

1. CH. HUTTON *de mensura attractionis in varia montium altitudine.* p. 1.
5. FR. MASERES *Supplementa ad Commentationem de regula Cardani etc. in Actis Londin. 1778. editam.* p. 86.
6. GUIL. BARNARD *noua et secura naues cassas in littus protrahendi methodus.* p. 100.
9. C. P. THUNBERG *Relatio breuis de itinere suo Iaponico.* p. 143.
10. GUIL. COCKIN *de phaenomeno quodam singulari in nebula obseruato.* p. 157.
12. FR. MASERES *Coniecturae quaedam de prima regulae Cardani etc. inventione.* p. 221.

p. 246. *ventione.* 14. GUIL. ROXBURGH *Continuatio diarii meteorologici in Caſtro Sti Georgii litoris Coromandeliani, deſcripti.* 15. BARR *Diarium meteorologicum* p. 279. *cum Montisrealenſe.* 16. *Diarium Meteorologicum* p. 308. *Societatis regiae.* 17. IOH. HELLINS *de Logarithmorum computatione.* 18. CAZAUD *Iudicium de nova quadam molendina arundinis ſaccharíferae comminutione deſtinata.* 21. GUIL. HERSCHEL *Obſeruationes Aſtronomicae de Stella in Collo Ceti ſtatis periodis apparente.* 24. LUDLAM *Expoſitio mathematica machinae, qua oua tornatilia fiunt, nec non inſtrumenti, quo figurae ouales delineantur.* 25. CAR. HUTTON *de cubicis aequationibus, numerorumque ſeriebus infinitis.* 26. P. WILSON *de frigore enormi Glasguae nuper obſeruato.* 27. TH. BARKER *de aëris viciſſitudinibus Lyndoni Rutlandiae a.* 1779. *quotidie obſeruatis.* 28. I. P. SCHOTTE *Diarium meteorologicum Senegambianum tempore morbi peſtilentis ibi ſaeuientis conſcriptum.* 29. HERSCHEL *Obſeruationes aſtronomicae de montibus lunaribus.* 32. 2. 34. TIB. CAVALLO *Obſeruationes et Experimenta thermometrica.*

II.

GEO. AUG. LANGGUTHII, quondam Ph. et Med. D. Pathol. et Chirurg. in Acad. Viteberg. P. P. O. etc. Opuſcula hiſtoriam naturalem ſpectantia, cui acceſſerunt viri vita, orationes academicae et varia poemata, cura filii CHR. AUG. LANGGUTH Ph. et Med. D. P. P. E. Adiectae ſunt Icones IV. (plagulae paginaeque ſingularum diſſertationum ſeorſim numeratae ſunt.) 1784. 4. Wittebergae in bibliopol. erud. Typis Chariſii.

Laudanda

Laudanda eſt omnino Cl. LANGGUTHII pietas, qua motus cari quondam patris opuſcula colligere in animum induxit, eique ex his ipſis publicum exſtruxit monumentum, doctis hominibus gratum futurum, ipſique defuncto viro celeberrimo, ſi quid aliud, perquam honorificum.

Agmen ducit Diſſertatio *de torpedine veterum genere Raia* a. 1777. primum edita. Explicatur Claudiani locus (Eidyll. 3.) de Torpedine, et, ex quo hauſit ille ſuam, Oppiani deſcriptio (Halieut. L. V.) ſimulque recenſentur ea, quae Hippocrates, Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus, Nicander, Athenaeus, Plinius, Dioſcorides, Plutarchus, Aelianus, Galenus, alii, de hoc amphibio memoriae prodiderunt. Excipit iſta Kaempferi accuratior deſcriptio; addunturque Redi, Lorenzini, Kolbii, Anſoni, Perraultii, caet. teſtimonia, Kaempferianis partim congrua, partim contraria. Anatome Raiae Torpedinis ex REDIO, LORENZINO et REAVMVRIO repetita, de quo poſtremo loco nominato dubitat Cl. Auctor, an recte ex ſolo muſculorum falcatorum robore vim Torpedinis explicauerit.

II. Sequitur Diſſ. *de Torpedine recentiorum genere Anguilla* a. 1778. edita. Deſcribitur Gymnotus electricus eiusque virtus, ex auctoritate RICHERII, SEBAE, ARTEDI, GAUBII, GRONOVII, WILLIAMSONI, GARDENII, WALSHII, HUNTERI, SCHILLINGII. Singularis eſt Cl. Auctoris obſeruatio, ferrum et magnetem, quo Gymnotos ſopiri SCHILLINGIUS vidit, ſimili quadam virtute Anguillas vulgares etiam poſt validiſſimos illorum motus compeſcere. Subiecta ſunt experimenta WALSHII et CAVENDISHII, quibus Raiam Torpedinem non minus ac Gymnotum electrica virtute tangentes ferire conſtitit.

III. IV.

III. IV. *Oratio* IO. PRINGLII *de Torpedine*, latine verſa. Nolumus, quae hac oratione continentur, hoc loco repetere, cum ex Actis Anglicis repetita ſint.

V. *De Torpedinibus quibusdam nothis.* Deſcribuntur hoc Programmate; Rhinobatus alter KLEINII, Enchelyopus alter *Eiusdem* (*Vbirre* apud DE LAET), piſcis Bramae ſimilis a IOBSONO deſcriptus, alius denique Gobioni ſimilis, cuius mentionem fecit MOORIUS, quemque ad Enchelyopos numero quinto KLEINIUS retulit.

VI. *Supplementa in materiam de Torpedine.* Loca quaedam recentiorum obſeruatorum producuntur, quae argumentum illud quodammodo illuſtrant.

VII. *De ortu piſcium absque nuptiis pulcre fabulari Commentatio prior* a. 1777. primum edita.

VIII. *Commentatio poſterior.* Veterum philoſophorum de aequiuoca generatione dogmata recenſentur atque refelluntur, ea inprimis, quae Ariſtoteles et Oppianus de Apua piſce habent.

IX. *De nuptiis piſcium innumera prole beatis* a. 1780. Incredibilis piſcium variorum foecunditas diuerſorum auctorum teſtimoniis comprobatur.

X. *De muraena Anguilla.* Figurae nonnullae anatomen anguillae illuſtrantes, cum breui explicatione, praeter quam nihil in Mſcr. b. Viri inueniri potuit.

XI—XIV. *Orationes quatuor*, quibus b. LANGUTHIUS munere rectoris Academici totidem vicibus geſto ſe abdicauit. Has, docte licet et cum eloquentia ſcriptas, cum ad res noſtras non faciant, prolixius recenſere omittimus.

XV. *Varia Poëmata.*

III.

Einleitung zur allgemeinen Pathologie der anſteckenden Krankheiten, von D. IOHANN AUGUST UNZER. *Leipzig, bey Ioh. Frid. Iunius* 1782. 8. 592 *Seiten.*

i. e.

Introductio ad generalem pathologiam morborum contagioſorum, auctore D. IOANNE AUGUSTO UNZER.

Magna profecto et ardua res eſt inueſtigatio naturae morbi contagioſi. Multa enim hinc inde dicta et ſcripta ſunt, quae deliri ſenis ſomnio, quam veritati, ſimiliora putes. Auſus ergō Noſter eſt, meliorem huius claſſis pathologiam exhibere, quae et ratione et vſu confirmetur, neque huc illuc labaſcat. Orſus ergo ab ſumtionibus ad corollaria tranſiit, et rem ſuam ita peregit, vt ſubtiliter omnia explicaſſe videretur. Sed difficile eſt, Cl. UNZERUM per theoremata et concluſiunculas contortulas ſequi, ideoque tentemus, num potiora memorari poſſint.

Introductio. Docet Noſter, morbi principium p. 1.
vel in materie corporis, vel in viribus et functionibus quaerendum eſſe, ideoque nec putandas omnes omnino cauſſas materiales; ſed iungi tamen inter ſe poſſe, materiam vero ſic affectam non nominari debere cauſſam materialem, ſed partem morbi. Diſtinguendus ergo morbus ab morbo definito eſt, et materialis cauſſa morbi indefiniti ſemper extrinſecus inferri ſolet; illa vero, quae morbum definitum facit, intrinſecus, i. e. in ipſo corpore, gignitur, nec ipſius pars putanda eſt. Poteſt ergo haec materia morbi cum cauſſa materiali et iungi, et diſiungi. Haec ergo baſis ſyſtematis morborum contagioſorum eſt. Sequuntur

p. 7. *Notiones primariae.* Morbus contagioſus eſt, qui, ſi in aliud corpus aptum migrat, eundem morbum procreat, *materia* vero, vnde talis oritur, *propria* eius dicitur. Haec ergo caſu copulatur cum parte morbi formali, ſed ſemper diſcerni debet cauſſa materialis et propria, niſi confuſionem quandam inde ſequi velis. Neque morbi contagioſi in quauis periodo tales ſunt, etſi ob hanc vim inſitam ita nominantur, neque materia, vnde contagium fit, in aliis morbum ſtricte talem efficit. Hinc infectio ſupponit tranſitum contagii ex corpore aegro in ſanum, receptiuitatem quandam, vt philoſophi dicunt, et ortum ſimilis morbi ex ſimili materie. Cauſſa proxima, i. e. materialis, ſola hoc efficit, et iſta vis eſt proprietas eius morbifica. Vnde colligitur, illam materialem cauſſam debere dici *miaſma*. Haec ergo haud raro duplex eſt, materialis cauſſa, et ſpecificum miaſma, et dantur morbi contagioſi ſine tali cauſſa materiali. Eſt ergo *miaſma*, quod morbum contagioſum per infectionem cum alio corpore communicat, ſed *alienum*, ſi ſine infectione inuadit. Id quod vlteriori commentario explicatur.

p. 27. *Origo varia contagioſorum morborum.* Ex ſuperioribus patet duplex eorum origo, neque ſemper illa ab infectione repetenda. *Primarii* ergo naſcuntur vel ab materie extrinſecus allata, vel ſine tali ab quadam cauſſa interna. Dantur ergo vere tales miaſmata aliena ſ. materiae contagioſae, et ſunt omnes morbi contagioſi triplici modo, 1. Vera infectione, i. e. miaſmate. 2. Infectione extrinſecus allata, i. e. miaſmate alieno. 3. Sine miaſmate aliena, i. e. per ſe. Videntur ergo morbi ab vera infectione eſſe quidem ſucci animales eiusdem generis, ſed ex diuerſis corporibus animantium deſumti, nec in corpore vnius eiusdemque aegri geniti; alteri ſunt ſucci eiusdem aegri, ſed diuerſi generis; tertii de-

mum nihil vtriusque habent, ſed miaſma aliquod, quod extra aegri corpus ortum eſt, nec tamen in ſimili morbo alterius. Poſſunt ergo morbi contagioſi fieri in iis corporibus, qui aequalem receptivitatem habent, debet miaſma eſſe propria materia ſimilis morbi, quocum inficiendus conflictatur, infectio per hanc ſolam fieri et in alium tranſire, tandemque ſimilem morbum ingenerare. Quaeuis ergo infectio vel proprie, vel improprie talis eſt, et ſemper bene diſtinguenda.

Diuerſa effecta materiae contagioſae. Diuerſa haec eſt ab miaſmate, ſed vtraque gignendo morbo contagioſo apta. Miaſma ſemper in corpore aegri et ex eius ſuccis paratur admiſtione materiae et ſuccorum aſſimilatione. (Hinc vlterius explicantur ab Noſtro diuerſitates ſenſibiles). p. 43.

Duae claſſes primariae morborum contagioſorum. Hic docet Noſter, ſine praeſentia miaſmatis nullum morbum contagioſum perfectum eſſe dicendum, et quosdam eius praeternaturales effectus in quaedam organa vel vires continere praeſidia, quibus miaſma naſcitur. Sunt vero hi vel ſpecifici, vel accidentales. Priores fiunt immediate in iſta organa, vel ſerius et quadam actione ſubſidiaria morbi formalis ante generati. Hinc ſequuntur duo cuiusque aegritudinis contagioſae termini, quorum alter incipit ab prima virtutis ſpecificae morbificae actione, et cum ortu miaſmatis deſinit, alter ab hoc demum naſcitur, et ad finem morbi vſque perſiſtit. Sed dubium eſt, vtrum dentur morbi, quorum miaſma fit ſerius et ſola actione ſubſidiaria morbi formalis. (Hoc quidem contra hypotheſin Cl. *Hoffmanni*). Hinc concludit Noſter, vtrumque confirmari poſſe, et ſtudet haec vlterius approbare. p. 64.

Morbi contagioſi, in quibus materia morbifica miaſma immediate procreat. Vt plantae dantur, quibus p. 79.

bus lac animalium amareſcit, ita ſub auctore Noſtro materiae, morbis contagioſis gignendis aptae. Idque cum generatim, tum ſpeciatim percenſet, et ad finem haec veluti cumuli loco repetit.

p. 100. *Morbi contagioſi, in quibus materia morbifica morbi formalis miniſterio miaſma procreat.* Contendit Noſter, vere reperiri tales morbos, et iterum praemittendam putat explicationem *morbi formalis, ſenſorii, morborum ſenſorii et neruorum;* febres ponit ſub morbis ſenſorii, adfert febres neruoſas, materias morbificas neruoſas et febriles, et exiſtentiam talium morborum contagioſorum ſenſorii, item proprietatem materiae morbificam eandem permanere defendit, ſiue immediate, ſiue miniſterio morbi formalis miaſma generet.

p. 111. *Exiſtentia et certitudo morborum contagioſorum, quorum miaſma demum poſt formalem eruptionem gignitur.* Confirmatur haec ſumtio exemplis hydrophobiae, febris putridae, et variolarum, et poſt haec multis oſtenditur, materiam morbificam poſſe ſolam efficere morbum formalem ante, quam miaſma veniat, hocque ope ac actione illius excitati morbi formalis.

p. 135. *Confirmatio, defenſio et diſtributio huius contagioſorum morborum claſſis.* Ex ſumtionibus ſuperius allatis concludit Noſter, falſa eſſe decreta illa, omnem materiam morbificam in morbo contagioſo primum efficere miaſma immediatis et localibus effectis in ſuccos et organa, eruptionem febrium contagioſarum nunquam poſſe immediatum materiae effectum eſſe, ſed ſemper ſequi poſt miaſma in corpore genitum et auctum, tandem miaſma talis morbi nunquam ope praegreſſae febris, ab hac materia excitatae, produci poſſe. Haec vberius Noſter explicat, et aduerſus dubia quaeuis munire geſtit.

Indole

Indoles morborum contagioſorum, in quibus miaſma poſt formalem eruptionem demum gignitur. Repetit Noſter ex antecedentibus generalem naturam horum morborum, et addit, eos poſſe vel per ſe, vel per propriam infectionem oriri. p. 174.

Indoles eorum, quorum materia morbifica in corpore aegri ipſo naſcitur. Debent iſtae in corpore corruptae materiae immediata febris concitatione morbum contagioſum generare. Forte ſunt pro parte miaſmatis habendae, et effectus varii varie ſe oſtendere poſſunt. Incertus eſt infectionis terminus, et horrendum periculum, ſi quando iunctim agunt materia morbifica et miaſma. p. 182.

Indoles eorum, qui ab infectione oriuntur. Pertinent huc febres per ſe contagioſae, quia ab ſenſorio laeſo oriri ſolent morbi huius claſſis, et ſtomachus afficitur, etſi ibidem non haeret materia. Suſcipitur labes per contagium, per fomitem et per diſtans, ſi adeſt diſpoſitio. Neque ſemper in praediſpoſito corpore illico erumpit, ſed aliquamdiu trahitur, et ſolet fieri infectio vel admiſtione, vel aſſimilatione, neque tamen ſemper requiritur febris praegreſſa ad gignendum miaſma. Hinc quidam effectus ſpecifici et accidentales. p. 208.

Indoles eorum, quae ab aliena materia oriuntur. Memorantur ab Noſtro quatuor, miaſmata aliorum animalium, cadauerum, putreſcentium, verae materiae morbificae ex corpore in corpus tranſeuntes, et morbum generice eundem adferentes, et tandem ea miaſmata, quae non morbum generis, at ſpeciei tamen efficiunt. Haec demum Noſter more ſuo, i. e. ſubtiliter ac copioſe, percenſet. p. 230.

His praemiſſis, adfert quandam *Sciagraphiam*, quomodo haec generalis doctrina poſſit magis ad vſum transferri, et quaerit: *Quomodo materiae quaedam poſſint ſibi certas proprietates modo mere phyſico* p. 251. p. 254.

dare atque communicare? Solet hoc fieri duplici modo, vel admiſtione, vel aſſimilatione, idque ab No-
p. 286. ſtro multis explicatur ſub inſcriptione: *Binae viae communicationis phyſicae, Admiſtio, Aſſimilatio.* In quo ita verſatur, vt ſub finem tertiam adiiciat, i. e. mixtam, hancque doctrinam in pathologia contagii ſummae vtilitatis eſſe dicat. Quod vt rite fiat, do-
p. 292. nuo explicatur: *Communicatio per admiſtionem*, in qua potiſſimum ſpectanda videatur ſumma diuiſibi-
p. 303. litas materiae communicatiuae, et *Communicatio per aſſimilationem*, in qua requiritur quaedam diſpoſitio, vt poſſit eandem naturam recipere, quae aduenienti materiae propria eſt. Applicantur haec iterum
p. 314. ſub hac quaeſtione: *Quomodo poſſunt ſucci animales in corpore viuo corrumpere et corrumpi?* Scribuntur leges phyſicae, organicae et animales, quomodo materiae morbificae hoc efficere poſſint, et immiſcentur quaedam meletemata de actione medicamentorum.

p. 355. Sequuntur *leges vniuerſales, ſecundum quas ſucci animales in corpore viuo corrumpuntur.* Ineſt corpori talis propenſio, ſed debet iſta corruptio fieri vel abſolute, vel conditionate.

p. 370. Porro quaerit: *Quae ſpecies corruptionis in morbis contagioſis locum habeant?* Putat Noſter, contagioſam ſuccorum corruptionem non tantum requirere quandam definitam actionem materiae, ſed poſſe etiam multiplici modo produci.

p. 371. Singulatim ergo perſequitur: *Corruptionem ſuccorum contagioſam phyſico modo procreatam*, dein-
p. 381. de *Corruptionem factam decompoſitione ac aſſimila-*
p. 393. *tione*, tandem *Corruptionem admiſtione oriundam.*

Vt haec praecepta magis influerent in legentium animos, ſingulari ſectione docere annititur:
p. 399. *Miaſma verae peſtis eſſe principium humoribus tantum admiſtum*, vſus exemplis CHENOTI et MERTENSII, item

item febris putridae, quae cum peſte incidit, et ſtatuit, plura dari peſtis genera, ne exceptis quidem variolis. Quod vt ne ſine applicatione miſſum fiat, ſeorſim explicatur: *Propagatio contagioſae corruptionis humorum per meram admiſtionem.* Fit illa decompoſitione quadam particularum contagioſarum, ſed diſtinguenda ab ea eſt, quae poſt tranſitum miaſmatis ſequitur. p. 427.

Subiungitur huic tractationi: *Corruptio contagioſa, organico modo effecta.* Fit illa quidem ſpontanea humorum corruptione atque accidentali concurſu aliarum cauſſarum praeternaturalium. Interdum vtraque, phyſica et organica, iungitur. Relinquitur adhuc: *Corruptio animali modo effecta.* Inuadendi modus eſt, qui in antecedentibus, ea tamen ſubeſt differentia, vt materia morbifica primum adoriatur commune ſentiendi inſtrumentum, et impreſſione praeternaturali vires primarias mechaniſmi animalis afficiat. Eſt tamen illa vel mere animalis, vel organica et phyſica, et hic finitur, cum quadam applicatione. Finitis hiſce enunciationibus, dantur *Leges communiſſimae infectionis*, quas non lubitum eſt repetere, quia fere coronidis loco adiectae ſunt, et ex antegreſſis firmantur. p. 440. p. 451. p. 466.

Vt vero haec generalia ad ſpecialia reuocentur, ſubdit Noſter: *Specialiorem inueſtigationem contagioſae corruptionis*, et quaerit: *Poſſuntne humores animales generatim vno tantum modo corrumpi?* Negatur, et probatur hoc fieri poſſe admiſtione particularum alienarum ſine propria degeneratione vel decompoſitione, ſegregatione iſtarum particularum, et ſpontanea decompoſitione, neque opus eſſe, vt vno ſemper modo eueniant, vel ſemper pro putredine habeantur. Altera quaeſtio eſt: *Poſſuntne humores animales in viuo corpore vno tantum modo corrumpi?* Fit hoc fere modo multiplici, ſed non ſem- p. 489. p. 500.

per vera putredo eſt. Tertia quaeſtio alteri ſuppu-
p. 506. putatur: *Poſſuntne humores animales in corpore viuo tantum vna corruptione*, i. e. *putredine, fieri contagioſi?* Oſtenditur et ratione, et vſu, falſum hoc decretum eſſe, et dari praeterea alia, in quibus nulla eſt putredinis ſuſpicio.

p. 523. Sub titulo: *Contagioſae corruptiones humorum* aperit Noſter difficultates varias, quibus premitur talis inueſtigatio, in qua magis eſt materia refellendi, quam melius docendi.

p. 526. Poſt haec agitur: *De qualitatibus, quarum ope corruptiones fiunt contagioſae.* In his eminet putre-
p. 535. do, et hinc copioſe pertractatur: *Putredo contagioſa.* Negat Noſter, ſententiam Cl. *Hoffmanni* confuturus, putredinem et qualitatem putrificam eſſe vnam eandemque rem, et contagium ab certo putredinis gradu pendere. Poſſunt tamen per cauſas accеſſorias materiae per ſe non putridae hanc naturam induere.

Sunt haec potiora praecepta Cl. VNZERI, quae ſi quando non ſatis liquent, tribuendum hoc eſt aut grauitati argumenti, aut ſubtilitati et neologiae, quam ſecutus Noſter eſt. Id tamen negare non poſſumus, maiorem hinc vtilitatem in medicos redvndaturam, ſi oratione populari et lucida, quam philoſophica, vti maluiſſet. Etenim philoſophari paucorum eſt, curare plurimorum, et quo ſimplicior videtur ratio, eo certior vſus fieri ſolet.

IV.

IOHANN GOTTLIEB WALTER *von der Spaltung des Schaambeins in ſchweren Geburten. Mit einer Kupfertafel. Berlin und Stralſund bey Guſt. Aug. Lange* 1782. 32 *Seiten.*

Le

i. e.

IOHANNIS GOTTLIEB WALTER de diſſectione ſynchondroſeos oſſium pubis in partu difficili.

In iſto medicorum de ſectione ſymphyſeos oſſium pubis diſſenſu, nec leui, nec facile componendo, gratum eſt audire ac percipere ſenſa ſummi aetatis noſtrae anatomici, Cl. WALTERI. Complexus is omnem hanc controuerſiam 33 paragraphis, narrat primum hiſtoriam huius ſectionis quam breuiſſime, p. 6. deinde multis inquirit, num iſta operatio tentanda, p. 7. et ipſi ſectioni caeſareae praeferenda ſit? Docet ergo, Noſter, hanc diſſectionem falſa experientia niti, p. 8. et aduerſam eſſe fabricae naturalium. Oſtendit, qui p. 11. ſit oſſium pubis nexus, quorum quodque ſuam habet cartilaginem; addit experimenta, ex quibus liquet, in iunioribus haec quidem eo loco, vbi ſe contingant, tela quadam ſubtiliori copulari, quae poſt ſectionem lineam quandam ſubtilem referat, in adultis vero oſſea eſſe, et ſingula cartilagine quap. 12. dam circumſcripta, reſidua tamen eadem linea, poſt triceſimum annum quamque cartilaginem oſſeam induere naturam, et vnum os repraeſentare. Exp. 14. his ſumtionibus colligitur, non dari ſynchondroſinp. 15. oſſium pubis, ſed reperiri ſemper duo oſſa ſeiuncta, et per telam celluloſam intime cohaerentia, eſſe ergo ἀδύνατον, vt in ſectione exacte diſſecetur media cartilago, in ſtatu vero oſſeo requiri ſerram, perdifficilem contra videri coniunctionem, etiamſip. 16. operatori pateat linea media, quia ligamenta ſciſſa rarius iungi poſſunt, longe tamen difficiliorem eam fore, ſi vna alteraque cartilago inſecetur, quia paucus humor adfluens fiſſuram lente reſarcire poſſit, faſcia quidem inutili. Plura ſperanda eſſe, ſi oſſifip. 17. catio oſſium pubis ſerra remouenda ſit. Tunc idem

euenire debet, quod in fractura. Citius enim conferuent ossa.

p. 19. Quibus praemissis, Noster multis docet, falsum esse doctrinam, haec ligamenta sub grauiditate copiosiori humorum aditu emolliri, valde laxari facileque extendi solere, quia nunquam tale quid reperit, neque consentit ista opinio cum structura corporis et pelui recens natorum infantum. Ab hac ergo dissectione disiungi quidem ossa posse contendit Noster, sed non adeo, vt praegrande fetus caput forcipe vel alio modo educi queat. Huic
p. 22. affirmationi subiicit rarissimum exemplum peluis viri triginta annos nati, in quo ossa haec 20 $\frac{1}{2}$ lineas pollic. Paris. a se dissidebant, et coniunctioni ossium pubis singulari ligamento transuerso prospiciebatur. (Hoc figura subdita repraesentandum putauit.)

p. 24. Iam vero Noster quaerit, vtrum sectioni caesareae, an synchondroseos ossium pubis, palma decer-
p. 27. nenda sit? Vsus duplici exemplo, etsi infelici, primas dat sectioni caesareae, vtpote non adeo terribili et periculosae, ac vulgo creditur. Id quidem confirmat describenda operatione vtraque. Ecquis non credat tam perito artifici?

V.

Illustri PHIL. G. HENSLER M. D. Reg. Dan. Consiliario et Archiatro Med. ap. Altonanos felicissimo, Amico veteri, de pollutione diurna frequentiori, sed rarius obseruata, tabescentiae caussa IOH. ERN. WICHMANN M. D. Aulae Hannoueranae Med. Societ. Reg. Scient. Gotting. Corresp. et Nat. Curios. Berol. Sodalis. Goettingae, ap. Io. Christ. Dieterich 1782. 8. 62 pagg.

Scripsit

Scripſit hanc epiſtolam Cl. WICHMANN, medicus praeclarus, ad Cl. HENSLERUM, medicum haud ſpernendum, *de pollutione diurna*, vtpote rara tabis cauſſa. Differt vero haec 1. *a nocturna*, quod diei p. 7.
tempore, apertis oculis, absque tentigine venerea, et colis erectione accidat; 2. *a gonorrhoea*, quippe p. 9.
quae continua eſt; 3. *ab gonorrhoea cantharidibus* p. 11.
euocata, ex antegreſſis; 4. *ab fluore genitalis ſimili* p. 14.
in haemorrhoidariis, qui puri ſimilis putandus eſt.
Vidit vero vir Cl. hanc pollutionem diurnam in iu- p. 17.
vene, ſpaſticis affectionibus et cacochylia aegro macieque confecto, ideoque hinc concludit Noſter, hanc ſaepenumero ſubeſſe cauſſam in tabidis, et p. 22.
caute attendendam. Suſpicandam vero eam prae- p. 25.
bent pallor et macies, torpor, hebetudo, habitus effeminatus, oculi concaui, dolor nullus, appetitus p. 26.
vehemens, anxietas, fatuitas quaedam, ſomnus nec p. 27.
reficiens, viſus et memoria debilis, apyrexia perfe- p. 29.
cta et inſignis virium iactura. Morbo patent inde p. 30.
ab anno 25. ad 40. vſque, qui venerem molliter admota manu excitarunt, vel nimiae ſeſe dederunt, vel gonorrhoea impura laborarunt. Durat ſemper pollutio diurna, neque adeo metuenda videtur ſine hac maſturpatio. Quam tabis cauſſam ſi quaeras, p. 33.
opus eſt, vt aeger vrinam reddat et aluum, pene extenſo, vt appareat ſemen emiſſum.

Iam addit Noſter *hiſtoriam pollutionis diurnae*, p. 35.
qua exemplis oſtenditur, medicos vel oculatiſſimos hanc ſpeciem ignoraſſe, immo vero prorſus negaſſe, *Celſi* contra morbum fuiſſe continuam gonorrhoeam. *Sequelae* ſunt, quae a quauis alia ſeminis p. 46.
iactura, periclitantur tamen aegri maxime ineunte aeſtate; multi vitam trahunt ſub forma mali hypochondriaci; multi vim procreandi habent, exſtinctus hac pollutione nemo eſt. Morbus ex abundantia ſeminis nunquam oritur. *Medela* in eo con- p. 51.
ſiſtit,

ſiſtit, vt auferatur omnino, quicquid debilitatem infert, et tonus reſtituatur. Abſint ergo lacticinia, iuſcula viperarum et carnium, vtpote malo infenſa, eluatur aluus decocto molliente, vitetur veneris vſus et omnis inter deſidendum conatus, item lasnum paullo depreſſius, teneſmus, quaenis adſtringentia: adhibeantur, quae TISSOTUS omnibus opposuit, balnea et alimenta frigida, ſed illa magis topica, ſpongia ex aqua frigida ex aceto genitalibus ſuperhabita, mars et cortex, aquae martiales, ſed refracta doſi. Haec Noſter, quae quidem naturae huius morbi accommodatiſſima putamus.

VI.

THOMAS COE *d. A. K. D. Abhandlung von den Gallenſteinen. Nebſt* IAMES MACLURG's *d. A. K. D. Verſuchen mit der menſchlichen Galle und deſſen Bemerkungen über die gallichte Abſonderung. Aus dem Engliſchen überſetzt, mit einer Kupfertafel. Leipzig, bey M. G. Weidmanns Erben und Reich,* 1783. 8. 473 *Seiten.*

i. e.

THOMAE COE M. D. Tractatus de calculis felleis. Acced. IACOBI MACLURG M. D. Tentamina cum bile humana facta eiusque obſeruationes de ſecretione bilioſa. Ex anglico ſermone verſa et tab. aenea locupletata *).

Rarus eſt, teſte interprete, vterque libellus, maxime ille, quem Cl. COE ſcripſit, in ipſa Anglia,

*) Treatiſe on biliary Concretions, or ſtones in the Gall-Bladder and Ducts by *Thom. Coe* Lond. 1757. Experiments on the human Bile and Reflexions on the biliary Secretions by *Iames Maclurg* Lond. 1772.

glia, ideoque diguus et verſione germanica, et recenſu vberiori. Multa enim continent, quae ad facilius cognoſcendam bilis calculorumque felleorum naturam ſpectare videntur.

Praeit *introductio*, in qua ea memorantur, quae ad curationem morborum pertinent, vſus, quem hiſtoriae tales praeſtant, morborum genera, quae facilius deteguntur, quae difficilius, v. c. pancreatis, quae ſub principio nequaquam perſpiciuntur, complicatio et coniunctio, quae magis impenetrabiles facit morbos, certum et incertum, quod medicinae attribuitur, et nomina indefinita, v. c. febris, colica, paraphrenitis; ſed haec bonis medicis notiſſima eſſe putamus, etſi non ſpernenda omnino ſint. p. 1.

Agit vero *Sectio I. De bile.* Haec non eſt humor excrementitius ſub auctore Noſtro, ſed vſibus oeconomiae haud proletariis deſtinatus. p. 39. Eſt praeterea ſaponaceae naturae, in ſtatu naturali nec acida, nec alcalina, huic tamen propior; (Reliquae enunciationes ex phyſiologia ſatis notae ſunt). p. 42. Denique prona bilis eſt, ſi quando ſtagnat, in coagulum et formaturam calculorum felleorum, idque ob multas cauſſas, v. c. ſenectutem, vitam ſedentariam, p. 51. tardiorem circuitum et ſpiſſitudinem ſanguinis, potum ſpirituoſum, motus animi, diſpoſitionem quandam, qualis fere feminis incommodat. p. 52. p. 54.

Sectio II. De origine ac proprietatibus calculorum felleorum. Nulla fere pars vel cauitas corporis datur, in qua non fuerunt inuenti calculi, ſed frequentius in renibus et veſicula fellea. p. 57. Hi poſterio- res colore ſe produnt, et vel vomitu, vel aluo reiiciuntur, rarius abſceſſu hepatis et abdominis, neque raro morbos grauiores inferunt. p. 60. Sedes eſt veſicula, rarius ductus hepaticus et cyſticus, rariſſime hepar ipſum. p. 62. Cauſſa prima ſine dubio eadem, quae calculorum renalium et nodorum arthriticorum, ſed p. 65.

praeterea

p. 68. praeterea ipſa bilis. Conſtant ergo calculi billiari
ex craſſioribus et viſcidis bilis particulis, et quadam
p. 69. materia terrea, ex ſanguine huc depoſita. In pro-
portione harum partium conſtituentium diuerſa di-
p. 71. verſitas calculorum ipſorum latet. Saepe mentitur
copia arenoſi et mucoſi humoris calculos felleos
p. 72. Color tunc bilis longe diuerſiſſimus reperitur, eius-
p. 75. que cauſſae non ſemper detegi poſſunt. Dubium
eſt, num albus color et ſapor nullus cauſſa vel ef-
p. 76. fectus calculorum putandus ſit. Calculi dantur ter-
rei, mere bilioſi, denſi, duri vel friabiles, graues vel
p. 79. leues, nigri, extus et intus nonnunquam diuerſi,
p. 81. cortice quodam tecti et lamellati; non ſoluuntur
in aqua feruida, nec in ſpiritu vini: (Id quod recen-
p. 83. tiores chemici negant). Sicci ſunt inflammabiles,
p. 84. praeter albidos ſabuloſos. Nigri ſpirant ingratum
p. 85. odorem, flaui vero ſuauem. Figura eſt varia, vi-
p. 91. plurimum irregularis, copiaque varia, color vero
p. 93. multiplex, vulgaris tamen, qui flauus eſt, magnitu-
p. 96. do maxima, quae nucem iuglandem refert, numo-
p. 99. rus diuerſus, ſed praeſtabilius, vnum adeſſe, quam
plures, cohaerentia non rara, quia, donec molles
p. 101. ſunt, ſeſe contingunt. Dantur praeter haec *calculi*
inteſtinorum, variae figurae, duritiei et craſſitiei, vi-
denturque conflati eſſe ex ſubtiliori excrementorum
parte, ac muco inteſtinorum, interdum etiam terra
quadam ſubtili, nucleo veluti ſuperimpoſita, numero
plures, plus minusue afficientes, ſaepius expulſi cum
p. 107. leuamine, interdum cum moleſtia retenti. Signa
diagnoſtica, moleſtiaene illae ab hiſce calculis orian-
tur, nec ne, dubia ſunt, potiora tamen dolor fixus in
loco quodam, colica ſaepius recidiua, ſine euidenti
cauſſa, inflammationis et calculi fellei nota nulla,
diſpoſitio ad calculos vrinarios nulla, cruciatuum fa-
cilis fuga, doloris mutabilis ad locum certum remo-
ra, et tumor vel durities ibidem obſeruata.

Quod

Quod ad curationem *calculorum inteſtinalium* attinet, nihil apud auctores decernitur, quod obſeruatione dignum ſit, quia fere res omnis naturae commiſſa fuit. Eſt tamen adhibenda eadem indicatio, quae in colico dolore ab aluo adſtricta et dura locum habet, i. e. adhibenda emetica, purgantia, lotiones alui, fotus et balnea calida, medicamenta mollientia, oleoſa, lubricantia, potus calidae creber cet. etiamſi ſaepe irrita. (Huc pertinent quidam caſus et proprii, et alieni). p. 118.

Sectio III. De ſignis calculorum felleorum. Duplex genus horum ſignorum eſt, vt recte Noſter iudicauit. Alterum ad veſiculam felleam attinet, alterum ad ductum communem. In hoc vbi calculi reſident, incidit ſubitus, vehemens et profundus dolor circa ſcrobiculum cordis, vel, ſi mauis, ad hypochondrium dextrum, modo continuus, modo remittens, febris et inflammationis expers, copulatus cum nauſea magna et vomitu, lipothymia, ſpiratione breui et anxietate, aluo adſtricta, haud raro pertinaci, et albida, vrina primum pallida et aquoſa, deinde crocea, tandem colore cutis ictericio. Sequitur illico remiſſio ſymptomatum poſt calculi ad inteſtina migrationem, ſerius perit color cutis flauus et ſenſus ingratus, doloris colici communis pediſſequus. *Extraordinaria ſigna*, eaque adiuuantia, ſunt incommodus in latere ſiniſtro cubitus, acceptior corporis pronitas et veluti quaedam curuatio antica, augmentum doloris, ſi quando ſternutamentum et tuſſis vrget, interdum dolor ſcapularum et humeri in latere affecto, et ab ſcrobiculo verſus dorſum vel alias partes protenſus. Sed hic quaedam in aegris diuerſis diuerſitas, indeque medicorum diſceptatio, etſi ſignis hiſce calculi fellei detegi poſſunt. Prae ceteris vehementiſſimus dolor incommodat, perſimilis illi, quem ſub partu imminente ſentiunt p. 119. p. 120. p. 121. p. 122. p. 124. p. 125.

p. 127. tiunt feminae. Ductus, quos tranſit calculus, haeps horribile, quantum extenduntur. Sed dolor per ſe non ſufficit ad cognoſcendum vere morbum, niſi
p. 129. cetera attendantur. Nec color excrementorum albus per ſe aliquid valet, quia haud raro ſpaſmorum ſequela eſt.
p. 132. Incerta putanda eſt malorum duratio, quia ab
p. 134. exitu calculorum pendet cito vel tardo. Ceſſat vero omnino, ſi omnes calculi in duodenum penetrarunt, cum ſenſu quodam ruptionis vel cadentis
p. 135. aquae, et reſiduo quodam dolore. Reſtitans cal-
p. 136. culus malum omnino quieſcere non ſinit. Hinc facilis renouatio colicae bilioſae a quaque vehemen-
p. 138. ti concitatione. Fortuito febris vel inflammatio incidere poteſt, nec praeſentibus quidem calculis
p. 143. felleis, et caute diſtinguenda videtur. Icterus enim
p. 146. etiam ab aliis cauſſis oriri ſolet. Soli ſpaſmi excitandis ſymptomatis, quae calculos felleos ſequuntur, non ſufficiunt. Satis eſt, annotaſſe obſtructionem.
p. 149. His finitis, aggreditur Noſter ſigna, ex quibus calculi, in veſicula fellea latitantes, cognoſcuntur.
p. 150. Sed haec fere obſcuriora ſunt, et longe incertiſſima, quia ſaepe adſunt ſine vllo incommodo per omnem vitam, et a figura, copia, ſituque repeti debent.
p. 153. Rarum ſignum eſt tumor in regione hypochondria-
p. 154. ca dextra; Magis vulgare ac obuium ſenſus gra-
p. 156. tatis vel colicae fugientis moleſtus, veſtigia quae-
p. 160. dam icteri, (ſed haec non ſatis certa ſunt) praeteris dolor ſcapularum vel brachii dextri.
p. 163. *Sectio IV. De ſequelis calculorum felleorum.* Sunt hae quidem ſub auctore Noſtro continua inualitudo, et icterus, tabes lenta cum virium proſtratione, tandem hydrops inſanabilis, quae ſerius ocyus incidunt, pro ratione bilis indeque factae obſtructionis
p. 168. nis, interdum ſubita mors, ſi *Bianchio* creditum

v.c

v. c. per apoplexiam. Sed multi plus, ac decet, alii minus repetunt ab iſtis calculis felleis. Incertum p. 180.
ergo ſignum icterus eſt, tabes hepatica accidentalis, et hydrops fere ſequitur viſcus corruptum. Tunc p. 185.
ſpes nulla ſupereſt. Saepe ne calculus quidem poſt p. 186.
mortem reperitur, etſi viſceribus non illaeſis. p. 187.
Sectio V. De curatione calculorum felleorum. Sub p. 192.
introitu monet Noſter, hoc malum non eſſe inſanabile, vt multis medicis viſum eſt, ergo ſemper tentandum eſt, quid ars valeat. Neque immedicabilis p. 192.
putandus icterus calculoſus. Indicatio ea eſſe debet, vt, ſi fieri poteſt, eiiciamus calculos, vel ſymptomata molliamus, conſtitutionem corporis corrigamus, ne qua relinquatur diſpoſitio, tandem palliatiue agamus, ſi malum arte maius eſt. Idque per p. 205.
variam medendi viam conſequimur. Iuuat venae p. 207.
ſectio in colica bilioſa, ſi febris et inflammatio nimis vrget; emetica medicina, ſi expellendus videtur calculus, ſed non ſine habita cautione, ſi bilis viſcida ſubeſt, ſi malum recens eſt, purgans, ſi efficax fuit p. 227.
emeticum, ad euerrendas ſordes bilioſas; ſub acceſ- p. 236.
ſione lotio alui, fotus tepidus, lubricantia, cum maxime opium. Quod ad cetera remedia *alterantia et* p. 239.
ſpecifica pertinet, negat Noſter, radicem curcumae p. 247.
aliquid valere, et contendit, vix definiri poſſe, vtrum calculi poſſint reſolui, nec ne. Praeuia memora- p. 250.
tione methodi Swietenianae, laudat Noſter ad icte- p. 251.
rum ſaponem, ſuccum graminis, ſerum lactis, aquas minerales, praeſertim balnea calida, radicem bareirae brauae, millepedes, et lumbricos, decoctionem ſeminum cannabis, mercurium, praeſertim aethiopem mineralem, gummi ammoniacum, myrrham, balſamum de copaiua, ſed cum quodam iudicio et delectu, prae ceteris vero ad calculos felleos eiicien- p. 276.
dos motum corporis et exercitia, v. c. equitationem, vectionem in rheda, equos artificiales. Interdum p. 287.

iuuat inciſura veſicae felleae et extractio calculi, ſed fere mortifera eſt, niſi quaedam concretio ſub-
p. 292. eſt. Hinc ſoli naturae relinquenda videtur. Cum maxime commendat Noſter venaeſectionem, clyſterem, balneum calidum, poſt emetica et purgantia opium, alterantia poſt remiſſionem, v. c. ſaponem amygdalinum vel hiſpanicum, et aethiopem mineralem, copulatum cum croco vel tartaro vitriolato, interdum cum gummi ammoniaco vel myrrha, vel
p. 296. mercurium cum balſamo de copaiua, ad appetitum proſtratum infuſionem amaram, decoctum auenae cum radice althaeae, vel oleum amygdalarum, poſt
p. 297. ſuperatum malum aquas martiales vel martialia me-
p. 298. dicamenta, ad praecauendam recidiuam quouis bimeſtri ſpatio emeticam et purgantem medicinam,
p. 299. ad morbum pertinacem methodum medendi Swietenianam, ita tamen, vt illud, ne quid nimis, bene meminerimus. Ad calcem explicatio figurarum addita eſt.

p. 305. Sequuntur Cl^i MACLURG *tentamina cum bile humana facta et obſeruationes de ſecretione bilioſa.* Dubius Noſter, vtrum veterum et recentiorum placita de bile ſana et aegra vera ſint, nec ne, auſus et experimentis quibusdam, cum bile humana factis, oſtendere meliorem ac pleniorem eius cogni-
p. 315. nem. Facta vero ſunt cum ſpiritu vitrioli, ſalis et nitri. Debetur color viridis acidorum efficaciae in bilem, cui ineſſe debent particulae inflammabiles,
p. 321. ſed ille nequaquam dimanat a martialibus. Perſua-
p. 325. is, qui ab acido vitrioli et ſalis eſt, in aëre libero
p. 326. ſed is perit ab acido nitri. Quoad acida vege-
p. 328. bilia, ſolet acetum vini et ſuccus citri coagula-
p. 330 bilis efficere. Diluta acida mineralia idem facere
p. 337. Ineſt bili lympha coagulabilis, etſi ob colorem non ſatis detegenda, (nam hoc demto, illico coagula-

Coagula-

Coagulum bilis, per acida vegetabilia factum, con- p. 339.
ſtat ex parte colorata et lymphatica, ſed illa quo- p. 342.
dammodo mutatur. Alcali cauſticum eſt optimum p. 344.
reſoluens partis coagulabilis. Efferueſcit bilis cum p. 345.
acidis, ergo intus eſt aër fixus. Dubia vis eſt mar- p. 349.
tis in coloratam bilis materiem, nec cauſſa eius re-
putanda. Propenſio in putredinem diuerſa eſt, ſed p. 351.
tunc non neganda amplius, ſi odor gratus in ingra-
tum abit. Id quidem experimentis docetur. Ex his p. 353.
colligit Noſter, procliuitatem in coagulum impe- p. 356.
diri debere ab putredine bilis, et ſic miſceri poſſe p. 362.
cum ſpiritu vini, et principium eius antiſepticum
deberi nullo modo parti coagulabili, ſed potius
materiae coloratae, quae cum amara parte cohaeret.
Huic ergo prae ceteris propria eſt vis antiſeptica.

In altera parte explicantur *obſeruationes de ſe-* p. 363.
cretione bilioſa. Magna eſt ſub auctore Noſtro lactis
et bilis ſimilitudo, ſed diſſimilitudo, quoad materiam
colorantem. Origo eius eſt incipiens quaedam pu- p. 365.
tredo miniſterio cuiusdam fermentationis et pro p. 366.
ratione ſubſtantiae putredini expoſitae, et cum bilis p. 373.
deſtinata videatur mutationi materiae vegetabilis in
animalem, maiorem ei tribuamus neceſſe eſt, ac
lacti. Hinc ſecretionem bilioſam auget, quicquid
putredinem ciet, v. c. aeſtus ſolis, iactura magna
ſanguinis, fames cet. Hinc naſcitur cruſta inflam- p. 379.
matoria et concretio polypoſa. Larga bilis ſecretio p. 386.
videtur eſſe neceſſaria ad morbos concitandos, et ſi p. 388.
exinde dyſenteria, cholera rel. ſequuntur, calor ſo-
lis praecedere debuit, indeque facta bilis acrimonia
et niſus in putredinem. Ergo camphora non vane p. 392.
dicitur praeſeruatiua vaporum noxiorum medicina.
Praeterea ſunt miaſmata ſequelae mutationis ſepti- p. 395.
cae, et agunt in neruos, vt ſedatiuae res. Ex quo p. 399.
colligitur ratio, cur ſecretio bilis in febribus inter-
mittentibus et remittentibus adeo afficiatur, et iſta

eius mutatio non harum cauſſa eſt, ſed naturae
p. 401. praeſidium. Poſſunt ergo principia bilis amara et
p. 402. colorantia prae ceteris reſiſtere tali putredini. Ic-
p. 403. rus videtur deberi vaſis lymphaticis, et colorem
p. 404. flauum ab emetico Noſter tribuit reſorptioni. Concludit porro, per experimenta haec patere, digeſtio-
p. 412. nem fermentatione quadam abſolui. Maiorem vero ſecretionem bilis poſt vehementes animi motus, v. c. iram, repetit ab maiori cordis motu et talis
p. 415. humoris ad inteſtina depoſitione. Temperamentum bilioſum hinc ſequitur et intelligitur.

p. 424. In tertia parte agitur *de calculis felleis*. Docet Noſter, calculos iſtos ſaepe conferre plurimum ad morbos, ſaepe latere incognitos, neque icterum
p. 427. eſſe eorum ſignum, neque dari remedium ſecernendae bili praeſentiſſimum, neque ſufficere ſuccum
p. 430. graminis, prouidendum ergo eſſe, vt talem medicinam generando calculo aduerſam inueniamus.
p. 431. Sunt vero omnes omnino materia quadam coagulabili conflati, eaque ſine dubio ex terra calcarea et acido phoſphori compoſita. Color felleorum ab phlogiſto eſt, prima origo mollis caſei inſtar, com-
p. 434. mune vitium adultorum et vitae ſedentariae dedi-
p. 440. torum. Videntur ergo multa concrementa bilioſa non niſi pro bile acidi connubio coagulata haben-
p. 441. da, tandem in duritiem ſiliceam abitura. Illud vero acidum putat Noſter latere in quodam ventriculi humore, ad duodenum affluente, a quo vel in ſtatu ſaniſſimo maxima bilis pars coaguletur, et aliquid demum ad ductum choledochum veniat. Id quod confirmat quibusdam concretionibus ibidem inuen-
p. 442. tis. Figuram rotundam tribuit preſſioni materiae
p. 447. adhuc mollioris ab hoc ductu, et viam ſimpliciſſimam, qua demum induratur, ſtatuit, cum pars externa ſenſim ſenſimque mutatur, interna illaeſa.
p. 448. Quaedam concretiones oriuntur ab miſtura acoris vegetabilis,

vegetabilis, aliae ex ipſa bile. Debent eſſe variae p. 449.
compoſitionis, quantum ab experimentis cognoſci-
tur, et plurimum valet ad calculos felleos ſoluen p. 452.
dos terebinthina et ſpiritus vini calidus. In inte- p. 456.
ſtinis latet prima fons calculorum, et tollendum
ideo eſt, quicquid ad gignendos eos aliquid con- p. 457.
ferre poſſit. Nouum porro morbum ſub auctore p. 458.
Noſtro calculos iſtos non putes, ſed iam frequen-
tiorem, podagrae interuentu ſaepe interruptum,
quae inflammatoriae, an neruoſae naturae ſit, non p. 460.
liquet. Laudanda hinc ſunt frigida et motus cor- p. 461.
poris. (Hactenus Noſter. Poſſent quidem multa
regeri, ſed quia noſtri eſt, opiniores referre, non
multis refellere, relinquendum hoc officium iis pu-
tamus, quibus placet commenta et ſomnia aucto-
rum trutinare).

VII.

Hiſtoria Mercurii et Mercurialium medica. Libellus Primus. Scripſit ERN. GODOFRED. BALDINGER. Goettingae ap. Ioh. Chriſt. Dieterich 1783. 8. 72 pagg.

Scripſerat Ill. BALDINGERUS paullo ante, quam Gottinga demigraret (1781), quatuor proluſiones, *hiſtoriam mercurii et mercurialium medicam* complexas, quas hic iunctim recudi curauit. Spondet vero proxime *Libellum ſecundum*, in quo enarrabit *hiſtoriam praeparatorum*, quam fieri poterit pleniſſime. Sed videamus de ſingulis.

Pars I. Mentione facta ſubita minerarum hy- p. 11.
drargyri, viae et rationis, qua Idriae eliciuntur, (inventae ſunt a. 1497, inquit auctor, quo tempore dira lues gallica latius ſerpere cepit tertium in annum, poſtquam ex America in Europam erat delata) qualitatum potiorum phyſicarum et ſomniorum al-

chemicorum, mercurium eſſe principium metallo-
p. 17. rum docet, venenatos mercurii effectus eſſe, me-
tallicolas Idrienſes vermibus valde obnoxios, cum
tamen alias hac medicina diri illi hoſpites iugulen-
p. 18. tur, mercurium calore in vapores reſolui, frigore
denſari, neque habendum amplius ſemimetallum,
ſed verum metallum.

p. 22. *Pars II.* complectitur quaedam mercurii phae-
nomena phyſica, puta eius motum in tubo Torri-
celliano indeque natas controuerſias, amalgamata
p. 24. varia, fraudulentas mixturas, artificia purificandi, vt
aptior fiat vſui chemico et medico, v. c. per corium,
euaporationem in crucibulo candente, lotionem
cum aceto concentrato, deſtillationem ſ. reuiuifica-
tionem, item aethiopis mineralis varias formas, v.
gr. antimoniatum, ſaccharatum, alcaliſatum cet. efi-
caciam aquae bullientis in mercurium, qua is quidem
non mutatur, at vero vim anthelminticam adipiſci-
tur, eamque adhuc explicatu difficilem, granitas
non minuitur. Praeter haec olim decoctus eſt mer-
curius in vſum eorum, quos lues venerea male ha-
p. 32. bet. BOERHAAVIVS eam igne tractauit, ſed ſine
vlla mutatione, quia *praecipitatus per ſe* denuo vi-
vus renaſcitur aut trituratione ſola, aut deſtillatione
ſimplici. Hinc etſi phlogiſti aliquid amittit, tamen
facile reſuſcitatur.

p. 34. Veteres crudum mercurium nunquam adhibue-
p. 35. runt, quippe pernicialem. Eum diu et per annos
intra inteſtina latitare poſſe, ex obſeruatione LEI-
p. 36. DENFROSTII patere Noſter putat, ſub forma ſuffi-
migii nocere poſſe, ſub pilularum ſpecie ad vermes
dari, etiam ad ileum, ſed ſaepe fallax eſſe remedium,
magis ſi cum ol. oliuarum mixtus ſit, ad abortum
citandum non prorſum inefficax videri, commen-
p. 39. dari etiam amuleti inſtar ad pediculos et calculum
renum, quin multis polychreſtam medicinam ha-
beri.

beri. (Quo iure, viderint alii, etſi Angli nimis temerarii ſint et in laudando, et adſumendo).

Pars III. continet *ſulphureo-mineralia.* Huc pertinet *Aethiops mineralis*, quo primus MAYERNE vſus eſt, cuiusque praeparandi viae variae docentur; *Aethiops antimonialis* HUXHAMI, qui tamen, ſub auctore MARCARDO, ptyaliſmum mouit, etſi id rarius vſu venire ſolet, at vero egregie, iudice Noſtro, iuuit ad morbos rebelles, tineam capitis, ſcrophulas, vlcera foeda, ſtrumas, atrophiam, ſcabiem, oculorum mala et vermes, praeuia vacuatione, nullo inſequente vnquam ſaliuae fluore, vt ideo pro inerti medicina habenda ſit minime; *Cinnabaris factitia natiuae* plurimorum conſenſu praefertur, eamque *antimonii* nequaquam eſſe vulgari factitia potiorem contendit. Cinnabaris praeparationes variae, itemque *mercurius viol. Pariſ. Merc. diaph. Aſtruc*, confectiones cinnabaris ſine igne, cuius color ruber vnde ſit profectus, nondum conſtat. Trituratione continuata tamen is augeri ſolet. Finit hanc partem *vſus cinnabaris*, quem vanum et mendacem putat Noſter.

p. 41. p. 44. p. 48. p. 52. p. 54.

Pars IV. incipit, vbi tertia deſierat. Oratio enim adhuc eſt de cinnabari falſo commendabili. Sequitur *cinnabaris antimonii*, cuius ſpecies eſt *mercurius diaphoret.* DIGBAEI. Ex ſuperfluis medicamentis eſt *Aethiops auripigmentalis.* Ad *aethiopes* referendi ſunt Anglorum *Mercurius alcaliſatus*, *Pulvis alterans* PLUMMER, quem Noſter impenſius laudat. Clauſulam operi imponit quaedam *Tabula*, vt intelligant tirones, quae vnquam dictae, effictae, factaeue ſunt confectiones mercuriales ſub habitu vere Proteiformi.

p. 57. p. 58. p. 60. p. 61.

VIII.

Dissertationes medicae selectae Tubingenses. Oculi humani affectus medico - chirurgice considerates Vol. I. sistens. Denuo in lucem editae cura et studio D. CHRISTIAN. FRIEDR. REUSS Med. Prof. Publ. in Alma Eberhardino-Carolina Var. Acad. et Societ. Celeb. Membrum. Tubingae in off. libraria I. G. Cottae 1783. 8. 370 pagg. Vol. II. 1783. 392 pagg.

Cum tot tamque variae vtilitatis et pretii scriptiones minores in Academiis quotannis in vulgus edantur, quarum memoria breui deletur, etiamsi fato meliori dignae videantur, partim quia Sosias nullus eas mercatui aptas censet, partim quia multi recentiorum medicorum, inprimis e biuio vel tonstrina progressi, et ab latina lingua prorsum rudes, id genus libellorum tenue ac spernendum putant, non inutilis vel superuacua opera habenda est, quae in colligendis optimis collocatur. Sunt enim vbique, vt in prouerbio est, bona mixta malis, eamque ob rem delectu opus est. Laudamus ergo ausum Cl. REUSS, qui ductus et excitatus exemplo magnorum virorum, HALLERI, SANDIFORTI, GRUNERI, KLINKOSCHII, BALDINGERI, WITTWERI cet. potiores Tubingensium professorum et medicorum dissertationes collegit et ab oblivione vindicauit, orsus ab iis, quae b. MAUCHARTUS, ophthalmiater expertissimus, suo tempore scripserat. Continentur enim vtroque volumine, quod indicendum curamus, eius scripta, *ad affectus oculi humani* pertinentia. Ecce Voluminis primi argumenta!

1. *Ophthal-*

1. *Ophthalmoxyſis nou-antiqua, ſ.* WOOLHUSIANA *Hippocratica nobiliſſima ocularia e textu graeco eruta et bis mille annos neglecta nunc demum penitus emergens*, Tubing. 1726. Praemiſſa IO. THOM. DE WOOLHUSE vita, complectitur *Cap. I. Hiſtoriam operationis et inſtrumenti*, in quo inde ab HIPPOCRATE ad recentiores vſque res deducitur et explicatur; *Cap. II.* inſunt *Inſtrumenti* WOOLHUSIANI *denominatio, materia, forma, praerogatiuae; Cap. III. Operationis nomen, ſubiectum, indicantia, analogia, modus, cautelae, vſus.* (Inuenient ergo curioſi hac in diſputatione, quicquid ad hanc chirurgiae viam penitius cognoſcendam opus eſſe videatur. Editor tamen non meminit commentationis, quam TRILLERUS in *Opuſc. Philoſ. Med.* recudi curauit). p. 1. p. 5. p. 15. p. 24.

2. *Diſſ. De Hypopio, graui ac intricato affectu oculi*, 1742. Pleniſſime hypopium deſcriptum eſt, curationis via varia ſuperaddita, et caſibus illuſtrata. p. 48.

3. *Diſſ. De vngue oculi, ſ. pure inter corneae lamellas collecto*, 1742. Docte haec omnia deſcribit vna cum operatione. p. 114.

4. *Diſſ. De vlceribus corneae*, 1742. p. 141.

5. *Diſſ. De empyeſi oculi, ſ. pure in ſecunda oculi camera ſtagnante*, 1742. p. 175.

6. *Diſſ. De fiſtula corneae*, 1742. Nihil intactum reliquit, quod huc ſpectare videbatur. Accurate diuiſit fiſtulam, et adminiſtrationem ſubiecit, quo callus tollendus, ſinus corrigendi ſunt. p. 195.

7. *Diſſ. De ſetaceo nuchae, auricularum ipſiusque oculi*, 1742. Agit de vtilitate haud leui in morbis ſupra allatis. p. 232.

8. *Diſſ. De maculis corneae earumque operatione chirurgica, apotripſi*, 1743. Proprie dicata eſt ſenum maculis. p. 261.

p. 312. 9. *Diſſ. Tobiae Leucomata*, 1743. Docta et in hiſtoria morborum biblicorum non negligenda disputatio.

p. 341. 10. *Diſſ. De paracenteſi oculi in hydrophthalmia et amblyopia ſenum*, 1744. Rara et vix a quoquam alio deſcripta operatio ineſt, inſtrumentum WOOD-HUSII celatum explicatur, et TOURBERVILLII artificium, quo aqueus humor turbidus eiicitur, reuelatur.

In *Volumine II.* continentur itidem decem diſſertationes.

p. 1. 1. *Diſſ. De hydrophthalmia et hydrope oculi*, 1744. Refert Auctor hydrophthalmiam ad morbos conformationis in magnitudine aucta.

p. 18. 2. *Diſſ. De mydriaſi, ſ. pupillae praeternaturali dilatatione*, 1745. Rarus morbus eſt, et caſibus quatuor illuſtratur.

p. 73. 3. *Diſſ. De phthiſi ac ſynizeſi, ſ. anguſtia praeternaturali et concretione*, 1745. Et haec ſcriptio lectu memoratuque digna eſt.

p. 110. 4. *Diſſ. De ſynechia, ſ. praeternaturali adhaeſione corneae cum iride*, 1748. Malum eſt curatu difficile et quam accuratiſſime velutique viuis coloribus expreſſum.

p. 143. 5. *Diſſ. De coniunctiuae et corneae, oculi tunicarum, veſiculis ac puſtulis*, 1748. Multis percenſentur veſiculae, tunicis oculi infeſtae, vnaque adiiciuntur praecepta pathologiae, therapiae et chirurgiae.

p. 160. 6. *Diſſ. De ſtaphylomate, vexato nomine affectoque oculi difficili ac intricato*, 1748. Et theoretice, et practice deſcribitur morbus vere difficilis.

p. 250. 7. *Diſſ. De oculo artificiali, ecblepharo et hyperblepharo*, 1749. Ineſt, quicquid titulus pollicetur.

p. 283. 8. *Diſſ. De palpebrarum tumoribus cyſticis caſuque ſpeciali magni tumoris ſteatomatico - ſcirrhoſi palpebra ſuperiore et orbita feliciter nuperrime exſtirpati*,

ſtirpati, 1750. Abunde explicat Auctor tumores cyſticos, additis caſibus.

9. *Diſſ. De corneae oculi tunicae examine anato-* p. 328.
mico-phyſiologico, 1743. Doctus recenſus.

10. *Oratio publ. in D. D.* TAYLORIS, *Angli*, p. 368.
merita famamque habita, cum faſces rectorales deponeret, 1750. Aeque ac recte, ſine vllo partium ſtudio, Auctor iudicat de TAYLORI, ocularii medici experti, ſed nimis vani et in promittendo iuſto liberalioris, meritis. (Mirati ſumus inter legendum MAUCHARTI, ocularii practici, eruditionem theoreticam, qualem pauci noſtratium profeſſorum et habent, et oſtendunt, ſed dolemus etiam, eundem ſimiliter, ac Cl. Editorem, neglexiſſe prorſum orationis puritatem et cultum. Horridum enim et barbarum haud raro eſt orationis genus).

IX.

Verſuch einiger praktiſchen Anmerkungen über die Knochen, zur Erläuterung verſchiedener verborgenen Krankheiten und Zufälle, entworfen von D. IACOB FRIEDRICH ISENFLAMM, *Hochfürſtl. Brandenburg-Onolzbach- und Culmbachiſchen Hofrath, der Arzneygelahrheit und Zergliederungskunſt ordentlichen öffentlichen Lehrer auf der Hochfürſtlichen Friedrich-Alexanders-Univerſität, der Röm. Kaiſerl. Akademie der Naturforſcher Mitglied, des Hochfürſtlichen Inſtituts der Moral und ſchönen Wiſſenſchaften Ehrenmitglied. Erlangen, bey Wolfgang Walter*, 1782. 8. 470 *Seiten: ohne die Zueignungsſchrift.*

i. e.

Tentamen quarundam annotationum practicarum ſuper oſſibus, ad explicandos quosdam occultos

occultos morbos et affectus delineatum a Cl. ISENFLAMM.

Eodem modo, quo olim de neruis et muſculis diſſeruerat Cl. Auctor *), iam ad oſſa progreditur, ita quidem, vt in prima operis ſectione ſtatum eorum naturalem, in altera praeternaturalem conſideret. Nos igitur, poſtquam ordinem tractationis vtriusque cum lectoribus communicauerimus, vnum atque alterum notatu dignius nobis viſum excerpemus.

Primo de vſu oſteologiae in genere. De relatione oſſium ad reliquum corpus, cum ratione ponderis et molis, tum partium conſtituentium ſeu elementarium. De diuerſa duritie oſſium. De ortu oſſium, inde a prima embryonis formatione ſucceſſiuoque incremento. De medulla oſſium vaſisque eadem perreptantibus. De perioſteo, et quatenus ſenſationis ſedes idem dici poſſit. De cartilaginum
p. 42. fabrica atque ab oſſibus diſcrimine (vti inter cryſtallum et quarzum, pelluciditatis nempe ratione habita). De ligamentoſis cartilaginibus. De epiphyſibus earumque cum diaphyſibus coalitu. Quantum ad figuram oſſium formandam muſculi conferant; horum actionem tamen hunc effectum non vnice praeſtare, docent apophyſes ſpinoſae et transverſae vertebrarum, meatus auditorius externus, oſſicula auditus, et dentes. Copioſius de horum ortu, eruptione, morbis cet. vt et de vlcerum ad eorum radices conditione, de gingiuis cet. De diverſitate figurae oſſium pro variis, quibus deſtinata ſunt, vſibus, exemplo potiſſimum coſtarum et femoris. De diuerſitate ſuperficiei oſſium. De differentia

*) *Praktiſche Anmerkungen über die Nerven*, Erl. 1774. 8. *Praktiſche Anmerkungen über die Muskeln*, ebendaſ. 1778. 8. vid. comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 133 et p. 279.

rentia proportionis ossium inter se pro diuersitate aetatis. De articulationum motusque ossium diuersis modis. De ligamentis. De liquore articulis oblinendis dicato. De coniunctione ossium absque motu. De dissectione synchondroseos ossium pubis (dubie). De syssarcosi. Cur loco vnius duo ossa cru- p. 143.
ris et cubiti sint? (vt nimirum pondus et moles ossium ad inserendos musculos necessariorum minuatur). De vtilitate ossium ad recondenda viscera (et simul quaedam de dubia diagnosi fluidi morbosi in cauitate pectoris stagnantis). De organo olfactus, p. 154.
quatenus osseo: comparatio ossis ethmoidei in homine cum eodem in brutis sagacioribus. De osse petroso et reliquis ad auditum pertinentibus. De celeri incremento ossiculorum auditus in fetu (intra tertium et sextum a conceptione mensem a pri- p. 176.
ma fere et vix discernenda origine ad perfectam paene magnitudinem, vti et in quadrupedibus vidit Cl. Auctor). De ossibus, sesamoideis potissimum ad pollicem pedis sitis, eorumque vsu ad firmandum ingressum. Denique pauca de vsu ossis hyoidei et coccygis.

Progredimur ad sectionem secundam de statu p. 187.
praeternaturali ossium. Primo quaedam magis ad physiologiam spectantia de euolutione corporis fetus, ex quibus marcescentia aut plenarius defectus huius illiusue membri explicatur. Postea de varia dispositione ossium eorumque relatione ad impulsum cordis incrementum corporis efficientem, indeque pendente varia corporis conditione in relatione roboris ossium ad staturam vigoremque corporis vniuersim: item de excessu staturae aut nimis paruae aut magnae. De diuersitate in sceletis monstrorum obseruanda, deque dubia horum origine. De diuersitate longitudinis vertebrarum, indeque pendentis longitudinis colli, et vnde subiecta eiusmodi

modi huic illiue morbo prae reliquis obnoxia putanda ſint. De variante coſtarum numero (quorſum autem apophyſes transuerſae vertebrarum thoracis referendae non ſunt, quas facile mutilatas coſtas
p. 210. ſpurias mentiri adducto exemplo Cl. Auctor docet). De variante numero digitorum et phalangarum. De palato fiſſo. De gibberoſis, cauſſisque deformationis eorum in educatione quam maxime quaerendis; quare etiam fuſius de orthopaedia diſſerit Cl. Auctor, quod vero hic ſigillatim percenſere nobis a praefixo ſcopo nimis alienum videtur. Inde reditu ad oſſium laeſiones facto, primum de eo affectu diſputat, quem vulgo ſubluxationem ſpuriam (*wehe thun*) vocant. De laeſionibus externis oſſium, inprimis de difficultate iudicii ſuper lethalitate fra-
p. 269. cturae cranii ferendi. (Vir quidam dorſo ſecuris minoris vndecim ictus in caput accepit, ita vt tota calua diffracta eſſet; poſt aliquot demum horas mortuo ſimilis inuentus, tamen ſanitati reſtitutus eſt. Alius contra ictum in bregmate ſiniſtro vsque fundo ſuſtinuit; ſymptomata leuiora viſa negligentioris curae cauſſa erant, donec poſt aliquot ſeptimanas ſubito mortuus concideret; ſectio monſtrabat leuem partis tactae laeſionem, ſed ſubiacentem tabulam interiorem, duram matrem et cerebrum ipſum ſatis notabili ambitu deſtructa, ſatis inſignem copiam puris in ventriculo ſiniſtro, ad fundum calvae ipſiusque medullae oblongatae initia progreſſam.

p. 275. Duo exempla oſſis petroſi diffracti, alterum a caſu ab alto, alterum ab ictu; hisque ſubiunctum tertium a globo plumbeo ex ſclopeto minore explosa, qui in illud illiſus in latitudinem quidem depreſſus erat, ſimul tamen ipſum diffregerat). De exoſtoſibus caluae, iis quidem, quae nulli corruptioni humorum adſcribi poſſunt, quasque diſtinctionis

gratia

gratia Cl. Auctor hyperexoſtoſes vocat. De aliis laeſionibus oſſium a cauſſis externis. Iuuenis a motu violento curuatorio lateris dextri dolorem acutiſſimum, ſed momentaneum tantum, ſentiebat; poſt plures menſes oriebatur dolor in eodem loco punctorius, nullis remediis cedens, tandem tumor inflammatorius, qui ſuppurantibus adhibitis demum ruptus multum puris boni fundebat, ſubſiſtente tamen dolore pungente in fundo vlceris, ex quo demum exibat coſta infima ſpuria, fractura a capitulo ſeparata: tunc remanente profunda cicatrice perfecte conualeſcebat aeger.

Obiter enarratur ſectio hominis triginta aliquot annorum ſubito in carcere, quo detentus fuerat, mortui, cuius mortis cauſſa praecipua in polypo ſiniſtri ventriculi cordis globoſo, magnitudine caſtaneae maioris, inueniebatur: ſpina vero dorſi, quod propius huc ſpectat, mire detorta multis etiam modis coſtas et muſculos dorſi mutauerat. p. 284.

De laeſionibus coſtarum (iterum exemplum collecti intra ſaccum a pleura et pulmone enatum puris, ab ictu in coſtas, hinc tamen non fractas, enatum, qui ſolitis ſignis diagnoſticis ſe non prodebat. Caries coſtae ab ictu, ſenſim ſenſimque imminuta, licet poſt quinque annos, quum haec ſcriberet Cl. Auctor, nondum prorſus ſublata). p. 291. p. 294.

De cauſſis internis oſſa adficientibus: de aneuriſmate (exemplum inſigne in aorta deſcendente, corpora trium inferiorum vertebrarum thoracis carioſa reddente). p. 299.

An muſculi conuulſi oſſa frangere queant? (dubium). De deprauatione humorum, quatenus cauſſae laeſionis oſſium exſiſtere poſſunt: inprimis de miaſmate venereo et ſcrophuloſo, indeque productis carie, exoſtoſibus cet. De fragilitate et friabilitate oſſium, forte ab acrimonia peculiari acidae indolis deriuanda, eiusdemque cum materia arthritica

et

et calculoſa conuenientia. Huc etiam Cl. Auctor eam paralyſin artuum inferiorum refert, quam Cl. POTT deſcripſit, ita tamen, vt primam ſedem mali in ipſis corporibus vertebrarum inflatis et hinc medullam ſpinalem comprimentibus ponat.

De mollitie oſſium morboſa, et ſpeciatim de rhachitide: deſcriptio ſceleti viri rhachitici valde deformis. Exempla femorum incuruatorum in rane
p. 397. et gallis: rhachitis plures pullos gallinaceos vna excluſos corripiens et lenta morte conſumens; corpo ſanus viſus, carnis etiam edulis neque noxiae, integram cutem caeruleſcentem, oſſa vero omnia, duram matrem et interiorem tunicam ventriculi pigmento atro, quale choroideam oculi obducit, tectam offerebat; ſpina ſterni etiam, vt in pluribus gallis, paullum flexa. De curuatura pedum in canibus conſpicua: an in vertagis morbo ſit adſcribenda, dubium omnino videtur. Flexilitatis ab emollitione morboſa duo exempla fuſius enarrata: alterum feminae, in qua poſt aliquot partus felices oſſa
p. 406. peluis ſenſim ad ſe inuicem acceſſerunt, ita vt foetus partus ſectione caeſarea perficiendus eſſet; alterum pueri, in quo tamen non obſcura indicia cauſſae rhachiticae ſectione detegebantur. Difficultates in determinandis variis acrimoniarum ſpeciebus, quibus oſſa deprauantur, obuiae. De falaci ſigno phthiſeos ex ſplendente albedine dentium
p. 427. petito. Exemplum primae phalangae indicis in materiam ſebaceam conuerſae, absque cauſſa quadam praegreſſa, aliudque dentis molaris, coronae aeque ac indicibus in ſubſtantiam carnoſam ſeu polypoſam mutati. De laeſionibus ligamentorum capſularium, ſiue a violentia externa, ſiue a collecta
p. 440. intus ſynouia: luxationes vehementiores, licet oſſibus integris, tamen ſi cutis et ligamenta capſularia lacerata fuerint capitaque oſſium de nudata, facile

lethales

lethales reddi, nisi membrum protinus amputetur. De tumore ad vertebras lumborum ab hydrocephalo interno, in recens natis exorto. De exsiccatione p. 446. ligamentorum capsularium indeque oriunda ancylosi, cuius vniuersalis duo exempla adducuntur. De ancylosi a nimia quiete. De contractura variisque eiusdem caussis. Denique historia singularis a Cl° SAILLANT nuperrime descripta *).

Supereſt iam, vt, quod polliciti fuimus, ex sectione prima vnum atque alterum commemoremus, quod ipsi recensioni commode inserere non poteramus. Huc referimus relationem de infante mortuo p. 54. in lucem edito, in quo manifesta putredinis signa aderant: capilli et vngues fere vt in fetu perfecto; femora et genua incuruata et coalita, abdomen planum, facies solitae magnitudinis, sed hydrocephalus enormis, ita, vt spatium a radice nasi vsque ad nucham 14, et a margine vnius auris vsque ad alteram 16 pollices aequaret; pondus totius infantis, de reliquo parui, erat octo librarum et viginti septem semiunciarum. Ex capite aperto primo lympha rubella, deinde humor albicans intermixto cerebro effluebat, nil nisi medulla oblongata et originibus neruorum relictis. Dura mater ad futuras cum pericranio coalita varios saccos formabat, in quibus ossa frontalia, bregmatis et occipitis libera iacebant, tantum inferiori margine cum futuris spuriis coniuncta. Ossa frontis et bregmatis iusto multo maiora: haec versus 4 pollices longa et lata: crassities, qualis in fetu septimestri solet esse. Mater per aliquot hebdomadas motum infantis non perceperat: caussam tamen externam mortis adducere nullam poterat.

Ante

*) Mémoire historique sur la maladie singuliere de la veuve Mélin, dite la femme aux ongles, à Paris 1781.

p. 77. Ante viginti et quod excurrit annos Germaniam lithophagus (a notiſſimo tamen Kolnichero *), vt videtur, diuerſus) peragrauit, qui ſe in deſerta inſula diutius commorari coactum lapidibus comeſtis vitam ſuſtentaſſe narrabat, aſſerebatque ſe ex conſuetudine iisdem adhuc veſci oportere; coram adſtantibus etiam fruſtum lateris dentibus comminuebat et deglutiebat. Dentes inſpiciens Cl. Auctor eosdem admodum breues, craſſos et ſuperius latos, arctiſſime ſibi appoſitos inuenit.

p. 130. Poſt ſeditionem in inſula quadam **) a ſeruis nigritis conflatam quidam ex iis damnati ſunt, vt duabus nauibus affixi harum motu ope remorum excitato diuellerentur (ſupplicii genus, ſi non atrocius, certe ei aequiparandum, quod *Damiens* ille famoſiſſimus Lutetiae ſubiit!): quod autem effici non potuit, niſi prius ſpina dorſi ſecuri finderetur, partesque hae in medio diſcinderentur. Ita Cl. Auctor a teſte oculato relatum accepit.

p. 144. Mirabundus vidit Cl. Auctor hominem cantando praecellentem, qui eodem momento, quo cythum vini bibebat, modulabatur egregie, ſonos tamen tantum absque verbis proferens.

p. 151. Peculiarem conditionem inuenit in femina prouectioris aetatis, nempe ſpatium molle inter os bregmatis et occipitis, longitudine dimidii pollicis, latitudine ad minimum trium linearum; hoc tamen non dolebat, ſed ſedes doloris erat in fronte; fillam iſtam, vt referebat, iam a iuuentute ſenſerat.

p. 173. Puella iam quatuordecim annorum, de reliqua bene conformata et ſana, ſecundo aetatis anno ad vtrumque colli latus tumore in ſuppurationem abeunte laborabat, cum qua ſimul ex auribus pus et cum

*) Vid. VOGEL diſſ. de polyphago et lithophago Illefeldo nuper mortuo et diſſecto Gott. 1772. 4.

**) Forte *Berbice?*

cum illo officula auditus exibant: paullo poſt variolae vtriusque oculi vſu eam priuabant. Sic ergo ſurda et coeca absque vllis, quales ab anima rationali poſtulantur, notionibus viuit: affectus, potiſſimum gaudium, obtuſo quodam clamore prodit. Reliqui ſenſus auctiores ſunt: perſonas notas et ignotas olfactu diſtinguit, reliqua obiecta, inprimis monetam, cuius amantiſſima, tactu. Quae ad quotidianum vitae vſum pertinent, affert et rurſus ſecum aufert. Sibi ſoli relicta tamen incedere didicit. Operae pretium fore addit Cl. Auctor obſeruare, quantum anima in hoc corpore ſucceſſu annorum ad humanam naturam ſit acceſſura, potiſſimum quod moralitatem actionum attinet.

X.

ANDREAE BONN, *Anatomes et chirurgiae in illuſtri Athenaeo Profeſſoris*, Deſcriptio Theſauri Oſſium morboſorum Houiani. Adnexa eſt diſſertatio de callo, Amſtelaedami, 1783. 4. 200 pagg.

Collegerat IACOBUS HOVIUS, Medicus Amſtelaedamenſis celeberrimus, praeter alia praeparata anatomico-pathologica inprimis oſſa morboſa, eaque anno 1772 collegio chirurgorum dono tradiderat. Cuius ſupellectilis pretioſae curam in ſe ſuſcepit Cl. Auctor, tanquam Athenaei Profeſſor, ipſamque vna cum aliis medicis et chirurgis vrbis Batauorum celeberrimae variis ſpeciminibus locupletauit, praeterea in ordinem magis adaequatum digeſſit, deſcripſit quodlibet ſpecimen, animaduerſionibus illuſtrauit et ita huius theſauri vtiliſſimum exhibuit catalogum. Sic etiam rariora praeparata delineare atque aeri inſculpere curauit, mox harum iconum cum deſcriptione faſciculum editurus.

Primum caput de ſpinae morbis habet. Sed liceat modo hic rariorum quorundam ſpecimina mentionem iniicere.

p. 11. Vertebrae dorſi ſex ſuperiores, cum duabus colli inferioribus. Corpus vertebrae colli ſecundae corpori vertebrae dorſi ſeptimae inſidet. Corpora vertebrarum mediarum deperdita. Arcus concreti. Hinc octo ſpinae dehiſcentes, in orbis ſpeciem reflexae, gibber efficiunt. Proceſſus obliqui per callum coaliti.

p. 12. Os ſacrum cum quatuor vertebris lumborum inferioribus hominis adulti. Corpora vertebrarum duo media carie conſumta fuere. Corpus vertebrae quartae corpori ſuperiori oſſis ſacri innititur et per callum accreuit.

p. 13. Spina bifida pueri decem annos nati. — Puer a natiuitate tumorem ex ſpina bifida ortum in lumbis geſtabat et poſt infauſtum lapſum protinus obiit.

p. 18. Inter *articulorum morbos* refert de luxatione capitis femoris, quod ſub muſculum tenſorem vaginae femoris eiusque vicinum gluteum medium verſus conuexam oſſis ilii partem adſcenderat; muſculi glutei capſam articularem carneam formabant, dorſo ilii increuit ſinus oſſeus ſpeciem acetabuli referens, qui caput ipſum recipiebat.

p. 19. Mulieris claudicantis os coxae ſiniſtrum cum femore: Femur capite et collo orbatum propius ad ilium accedit; ilium minus ſinuatum, iſchium incuruum; crura oſſis pubis longiora; acetabulum fere deletum.

Oſſa peluis atque femora mulieris adultae, vitioque pede claudicantis. Oſſa compoſita aliquam pelvis obliquitatem exhibent.

Sic et multa alia ſpecimina coxarum et oſſium femoris deſcribit, quae claudicationis cauſas diuerſas indicant.

Genu

Genu vtrumque hominis adulti. Paralyſi muſ- p. 29.
culorum cruris extenſorum et contractione flexo-
rum crura flexa atque diſtorta.

Plura refert exempla tumorum et cariei articu- p. 34.
lorum. Tumet atque dolet ancillae cuiusdam genu
poſt grauem contuſionem. Aperitur tumor per ſe
atque effundit ingentem corrupti ſanguinis copiam.
Obiit atque extrema et tibiae et femoris carioſa re-
perta ſunt.

Genu tumidum atque dolens poſt mortem p. 35.
apertum, lentum ſpiſſumque humorem effudit; li-
gamenta turgida, oſſa cartilagine denudata, carie
eroſa.

Pars humeri inferior amputata. Humor ſpiſſus p. 36.
capſam, quae cubiti articulum continet, repleuerat.
Cartilagines eroſae, deperditae; tria oſſa, quae in
cubito coëunt, diſſoluta, atque ſpinis obſeſſa.

Mox *de anchyloſibus*. Oſſa ilium parte poſte- p. 41.
riori ſacro coalita. Oſſa pubis interuallo disiuncta
maiori. Oſſa pubis ancyloſi concreta ex equo. p. 48.

Morbi oſſium ab iniuria externa. Quatuor cranii p. 52.
fiſſurae, vna in ora ſuperiore orbitae ſiniſtrae, altera
prope commiſſuram oſſis frontis cum iugali, tertia
ſub muſculo temporali, quarta in parte orbitali oſ-
ſis maxillaris verſus tertium dentem molarem pro-
cedens. Aperto cranio lamina orbitalis oſſis fron-
tis ſiniſtri pluribus fiſſuris diffiſſa, quarum vna to-
tum os cribriforme diuiſit, laminamque dextram
orbitalem, vbi retroflexa fiſſura proceſſum latera-
lem oſſis multiformis disiunxit; altera partem
petroſam oſſis temporum eiusdem lateris findebat.
Cochlea hinc per medium fiſſa ſurditatem in-
duxerat.

Os humeri fractum, quod non conferbuit, ſed p. 59.
fragmenta tanquam articulo compoſita, mobilia
ſunt.

p. 60. Humerus ſiniſter medius fractus et ferruminatus. Os inferius oſſi ſuperiori fiſſo quaſi infertum. Simile exemplum refert no. CLXXXIV.

p. 63. Femur ſiniſtrum medium fractum, ferruminatum, neque breuius factum. Fractura transuerſa.

p. 66. Hiſtoria claudi et ſimul hernioſi hominis, quae no. CCIV. legitur, lectu digniſſima breui deſcriptione comprehendi vix potuit, quapropter ad ipſam legendam lectores noſtros inuitamus.

p. 71. Femur dextrum in decem vel plures partes confractum. Muſculis contuſione laceratis, integumenta tamen illaeſa inueniebantur. Fragmenta, licet ſingula parum ſuis ſedibus mota ſint, ita conferbuerunt, vt vnum os efficiant, vix breuius.

p. 74. Tibia ſiniſtra media longitudine fracta. Os inferius elatum et inſigniter fiſſum. Fiſſura a fractura incipiens, obliquo ductu procedit et in malleolum internum finitur. Praeter hanc et aliae fiſſurae breviores iuxta partem fractam viſuntur.

p. 80. Patellae fracturae.

Morbi oſſium ſpontanei et a cauſa interna.

p. 97. Peluis oſteoſteatoma et totius ſceleti immutata natura. Reliqua enim oſſa vel incuruata vel tumida
p. 106. erant. Sternum carioſum ex polypoſo concremento.
p. 113. Coſta tota carioſa ex aneurismate. Portio oſſis maxillaris, quae ad naſum et praeſepiola pertinet. Putridum vlcus, quod nomam appellare ſolent, non ſolum partes molles, verum quoque et oſſa vitiverat. Notantur praeter hoc adhuc alia exempla ſimilia.

Modus, quo natura os corruptum ab integro reſeiat.

p. 117. Pars oſſium verticis atque oſſis frontis longe maxima, vitiata, ſeparata. Os verticis ſiniſtrum latitudinis poll. rhenol. quatuor. Os verticis dextrum cum ſeparata parte oſſis frontis longitudinis pollicum rhenolandicorum nouem.

Oſſa

Offis femoris truncati orbiculus extremus, emor- p. 125.
tuus, ſuccreſcente carne calloſa excluſus. Amputatio facta eſt menſe Auguſto 1781; ſeparatio menſe Decembri 1782.

Morbi congeniti. Varia.

Embryo humanus, quadrimeſtris. Femora con- p. 127.
creta. Genua atque crura dehiſcunt. Pedes media membrana cohaerent.

Femur longitudinis XXII. pollicum cum di- p. 134.
midia.

Mulieris iunioris ſceletus proceritate et craſſitudine oſſium ſpectabilis. Cel. BONN oſſa omnia ſeorſim dimenſus eſt.

Calculus piriformis, veſicae modice inflatae re- p. 142.
ſpondens pond. vnc. XVI. dr. i. — Aeger conualuit annos natus XLV.

Huic enumerationi ſubnexa eſt diſputatio de p. 149.
callo, quam inprimis ſpeciminibus ex collectione Houiana illuſtrat Ill. Editor.

Callum neque cum glutine ſolubili comparat, p. 151.
neque veram cartilagineam naturam habere animaduertit; ſed potius apparet callus in homine viuo, ſicuti turgida, ſenſilis, atque ſubrubra caro tenerrimis papillis inſtructa, quae pure albido obducuntur et rudius contrectatae ſanguinem fundunt. Fit p. 157.
etiam fungoſa et excreſcit haec caro aliquando vulneribus et vlceribus oſſium, et reſecta, breui reſurgit. Callus quoque in ſubſtantiam denſam, p. 159.
flexibilem atque corio ſimilem conuertitur. Valde p. 164.
dubitat, callum cartilagini organicae ſimilem naturam vnquam habere. Circa articulorum tumores fere cartilaginea ſubſtantia interdum obſeruatur. Aliquando callus iacturam ſubſtantiae non, aut non p. 172.
in totum inſtaurat: tunc in oſſe cicatrix concaua remanet. Oſſa naſi, ſpongioſa, vomer, palatina at- p. 173.

que alveoli dentium exesi nunquam renascantur.

p. 175. Aliis autem ossibus nimius superincrescit callus.

p. 177. Post luxationes ossium noui sinus articulares ex callo formantur. Qua ratione hoc fiat, explicat. Egregie et valde sollicite super hac re verba facit, et quam maxime ea propter hortamur lectores nostros, velint haec curatius in libro ipso perlegere.

p. 190. Denique explicat ossificatione naturali ipsa et aliarum partium C. H. induratione praeternaturali calli genesin. In vniuersum autem concludit, *naturam calli imperfecti membranaceam esse, nascentem carnem repraesentare, dein corium referre, in veram cartilaginem non degenerare; verum, vbi induretur, naturam membranaceam cum ossea commutare, dum os corio succedit: callum perfectum organicum partem ossis fieri; aliquando etiam morbosi ossis instar totum solidum esse, vel morbo remollescere atque carie dissolui.*

XI.

D. AUGUST CHRISTIAN REUSS, *Reuerendissimi et celsissimi Principis Episcopi Spirensis a consiliis intimis et Archiater, Soc. Med. Haun. Soc. Reg. Med. Edinburg. Sodalis et Socius honorarius*, Nouae Quaedam Obseruationes circa structuram vasorum in placenta humana et peculiarem huius cum vtero nexum. Cum tabula aenea. Tubingae, 1784. 4. 64 plagg.

Difficilem illam de nexu foetus cum matre quaestionem duabus inprimis sententiis explicare annituntur eiusdem indagatores, affirmantes alii canales continuos inter placentam et vterum reperiri, obseruantes alii, sanguinem resorberi ex sinubus vteri et vice versa etiam ex placentae sulcis. Prioris sententiae defensores mox immediatas anastomoses,

ſtomoſes, mox mediatas vaſorum arterioſorum vteri, nimirum cum venoſis placentae per intraſuſceptionem arguunt. Iſti, qui immediatum ſtatuunt nexum, prouocant ad haemorrhagiam vteri, cum extinguerentur matres, ad iniectiones, per quas materia ex vtero materno propellebatur per placentam in vaſa foetus et ex vaſis prolis in vaſa matris; quarum exempla notat HALLERUS plura, quales iniectiones mercurio W. COWPER, I. DRAKE, RAIM. VIEUSSENS, VERHEYEN, aëre TURNER, coloratis liquoribus NOORTWYCK, HUMMEL, DE GRAAF et alii perfecerunt, quorſum celebratiſſima MECKELII Patris enchireſis inprimis referenda: ad firmam quandoque et tunc difficulter ſoluendam placentae cum vteri pariete interiori connexionem, ad ſteriles foeminas, quae nondum fluxum menſtruum paſſae ſunt, et quibus vel fixo a natura tempore ceſſauit, vel morbo fuit obſtructus, ad menſium in grauidis ſuetam ſuppreſſionem; ad placentam, quae in vtero materno per longum tempus absque putredine remanſit; ad foetus denique corde deſtitutos, qui tamen incrementum aſſecuti ſunt. p. 6.

Quae argumenta et alia Auctor examinans, maxima ex parte refutat, ſicuti et alias rationes addit, quibus idem conſequitur. Iniectionibus enim, quas ſupra notauimus, propriis et aliorum teſtimoniis et experimentis in dubium vocatis, contendit, lumina vaſorum in placenta, quae vterum reſpiciunt, adeo exigua eſſe, vt nec ſubtiliſſimum liquorem admittant, orificia vaſorum vteri e contrario inſigni inſtructa eſſe diametro; excluſo poſt partum foetu, non ligato funiculo vmbilicali et illaeſa tota placenta, per aliquod adhuc temporis ſpatium arterias in funiculo et placenta pulſare, nec tamen ſanguinem fundere; pulſationes arteriarum in funiculo vmbilicali non reſpondere pulſationibus arteria- p. 26.

rum matris; matre iam mortua arteriarum vmbili-
calium pulſum adhuc continuare; animali grauido
radice rubiae tinctorum nutrito, foetus oſſa rubro
colore non tingi; ſanguinem embryonis et matris
p. 29. a ſe inuicem eſſe diſcrepantem. Simili ſtudio et
eorum ſententiam examini ſubiicit, qui mediate
anaſtomoſes defendunt.
p. 32. Mox ad alteram ſententiam, quae reſorptionem
ſtatuit, progreditur et in ſecunda ſectione vaſorum
p. 35. placentae ſtructuram disquirit. Et primum bruto-
rum cotyledones diuidit in vterinam et foetalem
partem, quae compreſſae liquorem albeſcentem
fundunt, qui non lacteus eſt, aſt potius ad amnii
p. 36. liquoris indolem accedit. Similem liquorem albi-
cantem ex compluribus hominum placentis recen-
tibus tertio vel quarto grauiditatis menſe abortu
p. 39. excluſis exprimere potuit. Quandoque plures foe-
tus vnam communem habent placentam; figura
placentae interdum oualis, rarius triangularis vel
rhomboidea atque irregularis formae, craſſities peri-
pheriae placentae et iuxta funiculi vmbilicalis in-
ſertionem plerumque $\frac{1}{4}$ maior, quam in reliqua pla-
centae ſubſtantia, aequans a $\frac{2}{8}$ ad $\frac{6}{8}$ pollicis rhe-
ni a tertio ad quintum menſem grauiditatis vsque;
verſus partum autem decreſcit ipſa ad lineas 12—
15 immo amplius. Diameter placentae aequat 7
vel 8 vel 12 pollices; pondus in maturo partu edi-
tis placentis vnius librae ad viginti vncias; interdum
p. 42. modo decem vnciarum. Dispeſcitur quoque com-
mode placenta humana in partem foetalem et vteri-
p. 44. nam, ſicuti variis illuſtrat exemplis. Porro in vaſis
et arterioſis et venoſis et in placentis hydatides
maturo partu excluſis atque vel tenui iniecto liqui-
do repletis vel vacuis, ſicuti et in placentis abortu
partus valuulas conſpexit, easque in vaſis venoſis
verſus partem vterinam, in arterioſis autem verſus
foetalem

foetalem inclinaſſe auctor eſt. Et ſine dubio haec obſeruatio ad praecipuas pertinet, quae in hocce tractatu proponuntur. Quas valuulas et cotyledonis humanae fabricam etiam iconibus illuſtrauit.

His igitur obſeruationibus edoctus contendit, p. 56.
maternum ſanguinem ex arteriis vteri procurrere in vaſa cotyledonis, ibique deponi in ſinus cotyledonis parenchymatoſos, in quos hiant oſtiola vasculorum minimorum ex parte vterina placentae, ſanguinemque vehi ope valuularum ſemilunarium per vaſcula partis foetalis ad ramos maiores venae vmbilicalis et venas foetus ipſius: ſimili vero ratione ſanguinem foetalem ex arteriarum vmbilicalium ramis in parte foetali placentae deduci ad ſimiles valuulas et ad vaſcula vterinae partis placentae, vbi deponitur ſanguis in cotyledonis ſinus, ex quibus per vaſa vteri venoſa iterum reſorbetur in matrem.

XII.

Succincta deſcriptio oſſium et muſculorum corporis humani, ac horum praecipue, qui in ſuperficie corporis ſunt obuii, methodo idonea tabellari concinnata a CHRISTIANO THEOPHILO HOFMANN *Med. D. Anat. et Chir. P. P. O. in Vniuerſitate Altorfina et ibid. Poliatro, Academiae Imperial. Nat. Curioſ. et Electoral. Mogunt. Scientiar. Collega*, cum XIX. Tabb. aeneis. Norimbergae, 1783. Fol. 50 pagg.

Eſt proprie noua editio libri, qui inſcribitur:
Kurzer Begriff der Anatomie, worinnen hauptſächlich die nöthigſten Stücke der Oſteologie und Myologie in XIX Kupfer-Tabellen enthalten, welche zugleich die Gebeine des menſchlichen Körpers, wie

ſolche

ſolche unter denen Mäußlein in ihrem natürlichen Lager ſich befinden, vorſtellen — nebſt einer Vorrede Herrn D. CHRISTOPH IACOB TREU, *herausgegeben von Io. Adam Delſenbach. Nürnberg,* 1733. *Fol.*

Curauit igitur Cl. HOFMANN iconum emendationem et correctionem, ipſasque noua et ſuccincta deſcriptione germanica et latina illuſtrauit. Nec poſſumus, nec volumus talius libri vtilitatem in dubium vocare, quamuis hunc laborem, quum plures ſimiles explicationes recentiorum, MÜLLERI, MAURERI et aliorum accurato et ſolerti calamo exaratas proſtent, minus neceſſarium iudicare debemus.

Monendum praeterea eſt, hancce deſcriptionem non ſolum in chirurgorum, verum quoque in pictorum et ſculptorum vſum editam eſſe.

XIII.

D. FRIEDRICH LEBEGOTT PITSCHELS, *Churfürſtl. Sächſ. General Stabs- und Garniſon-Medici, auch Lehrers der Anatomie, des Churfürſtl. Sanitäts-Collegii und Collegii Medico-Chirurgici Mitglieds und der Leipziger und Ienaiſchen deutſchen Geſellſchaften Ehrenmitglieds, Anatomiſche und Chirurgiſche Anmerkungen, welchen eine kurze Nachricht von dem Collegio Medico-Chirurgico zu Dresden voran geſchickt wird, nebſt fünf Kupfertafeln. Dresden,* 1784. 8. 77 *pagg.*

i. e.

Analecta anatomica et chirurgica auct. F. L. PITSCHEL.

Praemiſſa

Praemiſſa breui hiſtoria ortus et progreſſus collegii medico chirurgici Dresdenſis, de ſequentibus agit.

De poris biliariis, qui bilem ex hepate ad felleam veſiculam deducunt. In plus, quam quinquaginta cadaueribus ipſos conſpexit. Liquor in ipſis contentus obſcure flauus erat et ſapore bilem prodebat. p. 31.

De ortu pleurae et peritonaei. Non ex matre dura, ſed ex vagina medullae ſpinalis, cuius fibrae per corporum vertebrarum foramina transgrediuntur, deriuat harum membranarum originem. p. 38.

De apophyſibus alaribus oſſis ethmoidei. Iam a BOEHMERO, WALTERO, BERTINO et MAYERO breuiter commemorata, accuratius deſcripſit oſſicula Bertiniana. Suffulciunt os ethmoideum, inprimis in inciſura ethmoidea oſſis frontis. p. 48.

De petrefacto bouis cerebro. Repertum nimirum eſt in cranio alias ſani bouis cerebrum maxima ex parte petrefactum. SIMSONUS et DUVERNEY iunior ſimilia exempla enarrarunt. p. 55.

De extenſione et contraextenſione in reponendo humero luxato. Scapulam et clauiculam firmare inprimis ſuadet, et annulum aliquem ex bracteа ferri, per quem humerus luxatus figatur, proponit. p. 66.

XIV.

SAMUEL THOMAS SOEMMERRING, *der Medicin und Chirurgie Dr. Churfürſtl. Mainz. Hofgerichtsrath und öffentlicher ordentlicher Lehrer der Arzneykunde auf der Univerſität-Mainz, der Hochfürſtl. Geſellſchaft der Alterthümer zu Heſſencaſſel, der mediciniſchen Geſellſchaften zu London und Edinburg Ehrenmitglied, der Königl. Societät der Wiſſenſchaften zu Göttingen Correſpondent,*

dent, über die körperliche Verſchiedenheit des Mohren vom Europäer. Mainz, 1784. 8. 32 Seiten.

i. e.

De varietate fabricae corporis inter Aethiopem et Europaeum, auct. SAM. THOMA SOEMMERRING.

Inſtituit Cl. Auctor in cadaueribus quatuor Aethiopum ſectiones, quae ipſum ſequentia docuerunt. Maxilla inferior prolis Aethiopis pauco-
p. 7. rum tantum menſium ſimili ratione, ſicuti in adulto, prominebat, atque hinc inferior naſi pars latior et nares ampliores apparebant. Colli poſterior pars in Aethiope plana, neque adeo excauata, quemadmodum in Europaeo eſt, eiusdemque oculi cilia crispa, copioſiora, confertim poſita, picei coloris ſunt; auris
p. 14. ſolito rotundior. Introitus in narium cauum multo ſpatioſior in Aethiope, oſſa ſpongioſa ſubtilior,
p. 16. quaſi veſicularia. Cranii cauum pro maiori facie minus ſpatioſum eſt, palatum oſſeum magis latum et hirtum, quam in Europaeo.

p. 18. Mox de cerebro et Aethiopum in ſpecie et eiusdem pondere in vniuerſum quaedam profert. Cinerea ſubſtantia cerebri Aethiopis vel eiusdem prouti in Europaeo, eſt coloris, vel quoque dilucidior. Ex cerebri hominis et variorum animalium ad neruos eorundem comparatione cognouit, *hominem maximum cerebro praeditum, minimis atque ſubtiliſſimis neruis inſtructum eſſe, et modo ratione neruorum ad cerebrum*
p. 25. *habita, dici poſſe, homini maximum eſſe cerebrum.* In glandula pineali et Aethiopum et adultorum Europaeorum ſemper lapillos inuenit, quapropter pro naturae
p. 26. cauſa iſtos habere ipſi incongruum videtur. In Aethiope vix non ſemper oſſa ſeſamoidea, in Europaeo
p. 28. rarius inuenit. Reticulare Malpighii corpus raro irregulare

irregulare formabat rete. Tandem morbos commemorat Aethiopum, ex quibus mortui erant, animaduertens, ex climatis atque victus mutatione propemodum in omnibus alius regionis hominibus et etiam in brutis non indigenis praeternaturalem obseruari ossium naturam.

XV.

An Inquiry into the nature and cause of that Swelling in one or both of the Lower extremities, which sometimes happens to Lying-in Women. Together with an Examination into the Propriety of Drawing the Breasts of those who do and also of those, who do not give Suck, by CHARLES WHITE, *Esq. F. R. S. Member of the Corporation of Surgeons in London; Surgeon to the Infirmary and Lunatic Hospital and Vice-President of the Literary and Philosophical Society of Manchester: Honorary Member of the Royal Medical-Society; of the Physico-Chirurgical Society; and of the Society for the Encouragement of the Study of Natural History of Edinburgh, and Correspondent Member of the Royal Society of the Antiquaries of Scotland.* Warrington, 1784. pagg. 87. w. f.

i. e.

De natura et causis tumorum in extremitatibus puerperis contingentium et de lactatione, auct. CAROLO WHITE.

Sicuti multi alii puerperarum morbi, sic et inferiorum tumores extremitatum, potius a suppressione lochiorum et lacte oberrante, quam a quacunque

cunque alia cauſa, ſcriptores inprimis Galli deriuarunt, qui et morbi naturam et eiusdem modum ignorarunt.

p. 7. Symptomata huius morbi inprimis ſequentia ſunt: duodecimo vel decimo quinto die poſt puerperium dolor in inguine vnius lateris cum febre ſuboritur, et paulo poſt tenſio et intumeſcentia labiorum pudendi et extremitatis inferioris totius, ita vt volumine talis extremitas alteram bis ſuperet, ipsa extremitas caeterum calore, nec tamen externa inflammatione, afficitur. Dolor ſecundum totum pedem procurrit. Tumor durior calidior eſt iſti extremitatis cae, nec diminuitur ſitu horizontali, ſicuti in anaſarca, planus, ſplendens et pallidus apparet; glandulae conglobatae prope inguina durae et nodoſae conſpiciuntur. Febris interdum duabus vel tribus ad ſeptimanis abſoluitur, interdum autem ſex vel octo hebdomadum ſpatio, hecticae ſymptomata indicata demum finitur. Afficit hic morbus puerperas diuerſae naturae et temperamenti, ſanas et aegrotantes, robuſtiores, debiliores, adultiores, iuniores, ſicuti et in quocunque tempore anni obuenit.

p. 12. Quae variis morbi hiſtoriis et exemplis illuſtrat, quorum quatuordecim caſus hic referuntur. Horumque in eo latere obſeruatur tumor, in quo foetus excluſus eſt. Obſeruationes aliorum idem demonſtrant.

p. 37. Neque cum malo iſchiadico vel rheumatiſmo, neque cum anaſarca vel eryſipelate conuenit hic morbus, nec ab abſceſſu in ilio vel in faſcia lata ſuborto. Neque a lochiorum defectu, neque lacte oberrante vel quacunque alia metaſtaſi gignitur; nec morbus eſt venarum, arteriarum vel totius ſyſtematis lymphatici.

p. 41. Quapropter animaduertit, cauſam proximam huius morbi eſſe lymphae obſtructionem et accumulationem

mulationem in inferiori extremitate prope ligamentum *Poupartii*. In quem finem vaſa lymphatica et ſuperficialia et profundiora, eorumque progreſſum et glandulas conglobatas diſtincte deſcribit.

Inter remotas cauſas commemorat compreſſionem a capite infantis durante puerperio, rupturam ligamenti Poupartii vel peritonei, vaſa lymphatica dilacerata e. ſ. p. vna cum vaſorum lymphaticorum ipſorumque debilitate. p. 48.

Medelam quod attinet, ab initio morbi ſuadet methodum antiphlogiſticam, eccoprotica, clysmata, interne opiata, externe fomentationes anodynas. Saepe veſicatoria ad extremitatis regionem ſuperiorem applicata profuerunt. Praeterea oleoſas inunctiones, balnea et faſciam commendat. p. 58.

Quibus quaedam ſubiunxit de mammarum ſuctione puerperarum, quae lac proli praebent, et earum, quae hoc nutrimentum ipſis denegant. His ſuadet, velint lactis excretionem ex mammis naturae derelinquere, neque aliis auxiliis ad ſuctionem aptis vti, potius lenioribus laxantibus et frigida diaeta ſibi conſulere. Aliter vero iudicat de iſtis puerperis, quae infantem lactant, in quibus nimirum ſuctio interdum adminiſtranda eſt. p. 66.

Priorem commentationem denique iconibus Hewſonianis lymphaticarum extremitatum inferiorum illuſtrare annititur.

XVI.

IOHANN GOTTLOB BERNSTEINS, *Herzogl. Sächſ. Berg- und Amts-Wundarztes neues chirurgiſches Lexicon oder Wörterbuch der Wundarztneykunſt neuerer Zeiten. Erſter Theil*, 1783. 524 *Seiten. Zweyter Theil*, 1784. 523 *Seiten. Gotha*, 8.

i. e.

Nouum lexicon chirurgicum, auct. IO. GOTTLOB BERNSTEIN, Tom. I et II.

Intereſt modo hic indicaſſe, Cl. Auctorem in componendo hoc libro laudabilem poſuiſſe operam, dum non ſolum recentiorum ſcriptorum optimas obſeruationes et dogmata concinne propoſuit, verum quoque inſtrumenta quaeuis vtilia, curandi vias, faſciarum apparatum deſcripſit. Multum quidem abeſt, quin hocce lexicon omni ex parte completum nec vlla additione indigere iudicaremus, tamen ſi auctoris conſilium et fructum, quem inde iuniores inprimis chirurgi capere poſſunt, perpendimus, non poſſumus non ipſum quam maxime commendare. Adiunctus eſt huic lexico index germanicus, miramur Auctori haud placuiſſe adiungere etiam alium graecum, alium proſodicum, qui inprimis chirurgis non adeo linguae eruditorum callentibus perutilis fuiſſet. Fortaſſe etiam, quaedam inſtrumenta vel encheireſes iconibus illuſtrauiſſe, non plane a re alienum fuiſſet.

XVII.

Iournal de médecine, chirurgie, pharmacie etc. T. LVII. à Paris, 1782. 8. p. 576. et T. LVIII. ib. eod. p. 576.

i. e.

Diarium ad medicinam, chirurgiam et pharmaciam pertinens etc. T. LVII. et LVIII.

T. LVII. *Menſis Ianuarius.*

p. 3. 1) TISSOT *Tractatus de neruis et eorum morbis.*

p. 14. 2) *Epiſtola* BACHERI *ad* BOUVART concernit hydropem

hydropem eiusque curam, multaque lectu digna insunt.

Mensis Februarius.

1) *Altera epistola* BACHERI *ad* BOUVARTUM. p. 97.

2) AMILHON *observatio de tumore scirrhoso pylori.* Mortuo aegro ille tumor, quem antea iam cognitum fuisse commemorat A., cadauere aperto plenius innotuit; cui alia obseruatio eiusdem argumenti adiecta est, et processus verbalis de aperto cadauere. p. 137. p. 147.

3) WILLEMET *de rosa niuali Sibirica siue Rhododendro.* Descriptione accurata suppeditata, additis variis nominibus, vires medicas huius plantae commendat aduersus morbos venereos ac rheumatismos. p. 151.

Mensis Martius.

1) DE BOISSIEU *disquisitio de methodis refrigerandi et calefaciendi*, conscripta, quum Academia scientiarum, artium et bonarum litterarum Diuionensis praemium proposuisset anno 1770, cui adiecta est dissertatio GODARTI eiusdem argumenti, cui secundum praemium est decretum. p. 193.

2) BAUMES *epistola ad auctores huius diarii*, ad litteras a GARNIERO ad ipsum datas pertinens. p. 224.

3) SOBAUX *observatio de febre putrida coniuncta cum arthritide vaga.* Conuulsiones, distorsiones oculorum et oris, oculi scintillantes, coniunctiua parumper inflammata, linguae siccitas, respiratio magna, pulsus eleuatus, ardor, sudor, euacuatio bilis suppressae periculi magnitudinem declarabant. His symptomatibus grauibus ita suam operam impendit Noster, vt, obseruando per singulos dies morbi decursum, idoneis remediis aptoque regimine ipsi occurreret. p. 228.

p. 256. 4) *Epiſtola Fratris* BERNARDI *de remediis el cancrum faciei.* En hic formulam; cinnabaris factiae drachmas duas, cineris de ſolearum corio veteri combuſto grana octo, ſanguinis draconis gran duodecim, arſenici albi grana quadraginta. His omnibus ſimul ſumtis et in tenuiſſimum pulverem redactis, aeger lactis regimine et purgatione et poſt vſum eſt tractandus, ipſe vero pulvis in vas quoddam aut vitrum immittitur, et paucis cum aquae guttis agitatur, atque penicillo e crinibus confecto et pauliſper humectato ita verſatur, ne arſenicum praecipitetur, et dein haec maſſa vlceri cum penicillo illinitur.

p. 263. 5) *Quaeſtio phyſiologica, num electricitas celeritatem pulſus augeat?*

Menſis Aprilis.

p. 288. 1) *Continuatio diſquiſitionis* DE BOISSIEV *de methodis refrigerandi et calefaciendi.*

p. 303. 2) *Obſeruatio de paracenteſi in duobus pectoris lateribus facta auctore* LUPDE. Sequutus eſt optimos auctores, qui in periculoſiſſimis ac deſperatis morbis etiam ad remedia grauia et ancipitia confugiunt.

p. 320. 3) BAUMES *epiſtola ad* SAILLANT *de inſultibus epilepticis.*

p. 331. 4) *Reſponſio* LAUVERIAT *ad obſeruationes et diſquiſitiones* PALIGNI *de abuſu venae ſectionis tempore grauiditatis inprimis praecauendorum abortuum cauſa.*

Menſis Maius.

p. 385. 1) FOURCROY *lectiones elementares hiſtoriae naturalis et chymiae.* Traditur hic methodus, qua vsque ad hunc diem chymicas notitias conſequi poſſumus, et doctrina STAHLII cum modernorum comparatur, hunc in finem, vt has duas ſcientias perfecte tractare poſſimus.

2) Cla-

2) *Continuatio et finis obſeruationis* LURDE *de paracenteſi.* p. 408.

3) BAUMES *de effectibus mercurii ſublimati corroſiui in morbis lymphae.* p. 423.

4) *Expoſitio ſuccincta de ſtatu Iohannae Pouble, auctore* GRATELOUP. Laborabat illa paralyſi cum febre, quae ope balneorum ſublata eſt. p. 431.

5) VANDORPE *obſeruatio de hernia incarcerata,* operatione peracta iniectiones de fumo Tabaci factae, purgationes exhibitae, atque China in vſum eſt vocata. p. 434.

Menſis Iunius.

1) *Hiſtoria ſocietatis regiae medicae anni* 1776 *cum diſquiſitionibus medicis et phyſicis eiusdem anni.* p. 481.

2) *Reſponſio* SAILLANT *ad* BAUMES *transmiſſa.* p. 504.

3) BAUMES *animaduerſiones de vſu Ipecacuanhae, et de effectibus Simaroubae in dyſenteria.* Ipecacuanham non prodeſſe docet, quum ſincerus cruor per dyſenteriam excernitur, neque quum aluinus fluxus mere mucoſus eſt citra ſanguinem, quicunque demum ſit inteſtinorum dolor, irritatio, deſidendi difficultas, ardor et frequentia. Duabus praeterea Simaroubae effectus firmat obſeruationibus, atque vires eius verbis IUSSIEU commendat. p. 507.

4) BAUMES *animaduerſiones practicae de morbo nigro.* Natura et ſymptomatibus huius morbi ſufficienter expoſitis, cauſas motuum extremorum collocat in congeſtionibus viſcerum et vaſorum infimi ventris, in ſtaſi bilis, ſanguinisque in vena portae. Medendi autem ratio conſiſtit in eo, vt ſanguis corruptus euacuetur, vt deſtructioni ſepticae humorum reſiſtatur, vt organorum reſtituatur tonus, et ſanguini iterum concilietur fluiditas. Qua quidem in re quam maxime laudat VARNIERII modum procedendi. p. 517.

p. 527. 5) REGNAULT *de conſtitutione epidemica quadam.*

p. 544. 6) *Epiſtola Abbatis* SANS *ad* BACHERUM *de paralyſi.*

T.

LVIII. *Menſis Iulius.*

p. 3. 1) *Hiſtoriae et commentationum ſocietatis regiae medicae primum volumen* recenſetur hoc et ſequentibus menſibus.

p. 22. 2) DUBOIX *commentatio de electricitate.* Prima parte traditur, qua ratione machinae electricae perfectiores ſint reddendae, electio et qualitas vitrorum vſibus electricis inſeruientium, electio iſolorum.

p. 42. 3) BAILHERON *de fluxu catarrhali veſicae duae obſeruationes.* Vir ſexagenarius hoc morbo corruptus vſu apozematis ex borragine, bugloſſo, cichoreo, hedera terreſtri, ſyrupo tuſſilaginis et emollienti clyſmate, ſyrupo limoniorum, oleo amygdalarum dulcium, ſyrupo papaueris, aqua cardui benedicti et florum aurantiorum, et quinque granis pulueris temperantis Stahlii in emulſionem redactis, ad priorem ſanitatem rediit. Virgini eodem morbo laboranti praeſcripſit lenia ſaponacea, nitroſa medicamenta, venaeſectionem, clyſmata mucilaginoſa, olea, praeprimis amygdalarum dulcium in magna doſi, balnea, ſerum lactis, ius gallinarum etc.

p. 48. 4) SUMEIRE *obſeruatio de morbo regio ſolo uſu aquae frigidae perſanato.*

5) ELOY *obſeruatio de luxatione brachii.* Dum venaeſectiones, lintea impraegnata vino herbis aromaticis et foliis ſaluiae ſaturato, ſedarunt dolores et luxata ſuſtulerunt penitus.

Menſ

Menſis Auguſtus.

2) *Continuatio et finis commentationis* DUBOIX *de electricitate Pars II.* concernit electricitatem medicam, agitque de virtute emmenagoga electricitatis, in anchyloſi ex congeſtione humorum orta cum relaxatione ligamentorum articulorum, in chorea ſancti Viti, in rheumatiſmo, malo iſchiadico, hemicrania et morbis huic proxime accedentibus, in paralyſi, debilitatibus, torpore et ſtupore. p. 126.

3) *Obſeruationes de morbo parum cognito, qui dicitur arthritis medullaris, atque ſpinae ventoſae ſpeciem conſtituit.* p. 148.

4) *Morbus miliaris in ſuperiori Occitania.* Quinque libri potiſſimum hac opportunitate prodiere, quorum ſaltem titulos laudamus. 1) Commentatio de morbo miliari et epidemico, qui fuit in Caſtelnaudary, auctoribus, Gallet Dupleſſis, Rigaud, Frizac, Vales, Laroque. 2) Disquiſitio medicorum in Caſtelnaudary, Souze, Carcaſſone et Montreal pertinens ad morbum iam graſſantem, ſubſcriptis nominibus, Frizac, Laroque, Gallet Dupleſſis, Valles. 3) MS. obſeruationes in forma reſponſionis ad Decanos et profeſſores vniuerſitatis Montiſpeſſulanae ad commentationem medicorum in Caſtelnaudary, de morbo epidemico ibi graſſante, ſubſcriptis nominibus Lamarre, Rene, Douan, Brouſſonet, Vigoureux, Sabatier et Brun. 4) Methodus curandi febrim exanthematicam miliarem auctore Gallet Dupleſſis. 5) Animaduerſiones de natura et medendi ratione morbi in Occitania graſſantis. p. 156.

Menſis September.

2) *Commentatio de morbo epidemico in Occitania, praelecta ſocietati regiae medicae.* p. 234.

3) *Continuatio et finis morbi parum cogniti auctore* SAILLANT. p. 255

Menſis October.

p. 289. 1) LALOUETTE *Tractatus de ſcrophulis, tertia pars.* Ante omnia examinat nouam methodum in compoſitione remediorum antiſcrophuloſorum Martialibus remediis aliquam vim tribuit, loquitur de igne ſulphuris ſolaris praeparati per viam humidam, de alkali fixo calcareo, de igne ſulphuris calcarei, de ſulphure ſolari praeparato per viam ſiccam, de ſapone antimoniali ſolari, de ſapone martiali, et vbique animaduerſiones addidit practicas, ſimulque adiecit formulas pilularum reſolutiuarum laxantium, tonicarum.

p. 330. 2) POTHONIER *obſeruatio de febre catarrhali pleuroſin imitante.* Remedia emetica magna lumina attulere, et ſudores, et euacuationes biliosae ſpem optimam fecere, et aeger vſu laxantium conualuit.

p. 331. 3) IMBERT *de effectibus abſceſſus et naturae praeſidiis.* Puella nouem annorum, ſuperatis variolis, infeſtata abſceſſu ſub humero dextro, aperto illo in conſpectum venit clauicula ſeparata atque ſeiuncta ab acromio, quae in ſua tota longitudine periostio nudata fuit. Noſter clauiculam in ſuum locum reſtituit et ligamenta iniecit, vt acceſſui aëris via praecluderetur, quo facto beneficio naturae ſanata eſt puella.

p. 333. 4) BRISSON *obſeruatio de reunione tendinis Achillis transuerſe diſſecti.*

p. 337. 5) WANTERS *animaduerſiones obſeruationum* SEGRETAIN *concernentes ſuppreſſionem vrinae a conuerſione vteri ortam.*

Menſis Nouember.

p. 415. 2) DOUBLET *de febre maligna petechiali in noſocomio S. Sulpicii.* Venaeſectio in prima periodo, et euacuantia cum temperantibus, et veſicantia, et quin-

quina

quina cum camphora in ſecunda ad ſpaſmos ſopiendos multum profuerunt. Surditas fere omnes inuaſit aegros.

3) POUQUET *Obſeruatio de ſtranguria curata per mercurium ſublimatum corroſiuum et cicutae extractum.* Venaeſectio, purgantia, et balnea praeceſſerunt ipſam curam, dein mercurii ſublimati corroſiui grana octo cum vncia vna ſpiritus nitri dulcis exhibita fuere, vt viginti vel viginti quinque guttulae aſſumerentur cum ſero lactis, tandem extractum cicutae in pilulis ad vnum granum datum eſt, ita vt doſis pilularum omnibus quatuor diebus augeretur, interpoſitis lenioribus purgantibus, et decocto hordei, radicis althaeae, liquiritiae, graminis canini etc. tandem vſurpatae ſunt pilulae ex croco mart. adſtr. bolo arm. corall. rubr. ſang. draçon. maſtich. ana 3j et olei lauendulae guttis X cum terebinth. venet. in maſſam pilularem redactae, ita vt vnaquaeque granorum 6 pondus aequaret. p. 420.

4) DESGRANGES *obſeruationes et animaduerſiones ſuper hernia incarcerata.* p. 426.

5) *Diſquiſitio morbi, qui puerperis in noſocomio Pariſino fuit infeſtus.* Deſcriptione morbi praemiſſa, ſymptomata vniuerſa, peculiaria, progreſſus morbi, cadauerum inſpectio, et modus curandi a DOULCET felici cum ſucceſſu propoſitus commemorantur. p. 448.

Menſis December.

1) *Tractatio de laborioſis partubus et de polypis uteri auctore* HERBINIAUX. Primum volumen quatuor abſoluitur capitibus: 1) contra aduerſarios ROONHUSII eſt directum; 2) explicat mutationem, quae ratione inſtrumenti Roonhuſiani Noſter fecit; 3) tractat ſymptomata ab vſu forcipis orta; 4) indicat modum applicandi hoc inſtrumentum in diverſo poſitu capitis in pelui. p. 481.

p. 496. 2) *Reſponſio* TITSINGHII *ex batauo lingua translata.*

p. 502. 3) DOUBLET *de febre, cui nomen febris puerperarum inditum.* Tres ſtatuit ſpecies 1) orta a lactore lactis in mammis, quam febrim puerperarum ephemeram appellat; 2) ſi non adſcendit lac ad mammas, ſed verſus abdomen dirigitur, et haec eſt febris puerperarum aucta, tertia denique cum metaſtaſi lactis coniuncta conſtituit febrem puerperalem tardiuam.

p. 516. 4) IKZE *obſeruatio de vſu dentelariae in morbis ſcabioſis.*

p. 517. 5) DUPRAIGNE *obſeruatio de hydrocephalo infantis, cuius extremitates ſuperiores monſtroſae erant.*

p. 520. 6) ESPIAUD *de operatione lithotomica.*

p. 522. 7) ROBINEAU *obſeruatio de bubonocele.*

p. 626. 8) LIEUTAUD *obſeruatio de gangraena tibiarum poſt ebrietatem et ex nimia conſtrictione orta.*

XVIII.

Avis aux perſonnes qui font vſage des eaux de Plombiéres, ou Traité des eaux minérales par M. DIDELOT, à Bruyeres, 1782. 8. 28 pagg.

i. e.

Commentatio iis inſeruiens, qui aquis ſoteris Plombiereſiis vtuntur ſ. tractatus de aquis mineralibus.

Multi quidem de his aquis commentati ſunt, inter quos honoris cauſa nominare licet Cl. RICHARDOT, ROUVROIS, ZUIGER, BERTHEMIN, LEMAIRE, CALMETUM *), aliosque, verum non ſuper-

*) V. Traité hiſtorique ſur les eaux de Plombieres, à Nancy 1748. 8. cuius tamen verus auctor eſt Petr. Durande,

ſuperuacuum ideo ſuſcepiſſe laborem Clus Auctorem ingenue fatemur, quum multa inſint huic libello bene ſcripta, quamquam non diffitendum, inueniri etiam in illo quaedam, quae emendatione indigere videantur. Omnia vero, quae ad hoc argumentum ſpectant, articulis XV continentur, de quibus ſigillatim pauca commemorabimus. In vniuerſum varia ratio his aquis vtendi, cum regimine, et morborum deſcriptione, in quibus adminiſtrandae ſunt, deſcribitur, et obſeruationes practicae effectibus firmandis aptae adiiciuntur.

Art. I. introductionem in vniuerſum continet, qua diſſeritur *de harum aquarum praeſtantia, vſu et experientia per longam annorum ſeriem confirmata.* p. 5.

Art. II. accuratam Topographiam ſiſtit, quae ſimul breuem templi aedificiorumque praecipuorum adumbrationem ante oculos ponit; ſitus eius quammaxime ſanitati fauet propter montes adiacentes, et aër, qui inſpiratur, propter puritatem ſanus eſt. p. 21. p. 22.

Art. III. Balnea, ſudatoria et fontes deſcribuntur paulo accuratius. Balneum nouum regium iuſſu LUDOVICI XV. conſtructum ob frequentiam potiſſimum commemorandum. Dein diſſerit de ſitu ſudatoriorum, de loco, vbi ope ſiphonis aquae ad partes affectas protruduntur, et de aquis, quae ore aſſumuntur, de ſaponaceis et ferruginoſis aquis diſſeritur, et fons in medio ambulacri ſitus depingitur. p. 34.

Art. IV. agit *de aquarum grauitate, calore* experimentis cum aërometro et thermometro inſtitutis, aeque ac earum analyſi chymica a Celeberrimis CHARLES, LE MAIRE, et NICOLAS facta. Caloris autem cauſam in igne collocant ſubterraneo, qua p. 43. p. 56.

Durandus, cuius librum Calmet auxit tantum et animaduerſionibus illuſtrauit.

qua tamen occaſione Cl. NICOLAS reprehendit
cauſam caloris Vulcanis quibusdam tribuens. Par-
celſus et Richardot, a natura his aquis calorem
inditum affirmant, alii lapidem calcareum, alii pyri-
ten, alii fermentationem in terra a ſale et ſulphure
p. 76. ortam, Auctor autem fluidum igneum in terra
quibusdam partibus cum quadam humiditate in-
ctum, et fermentationem pro vera venditat cauſa.
p. 86. *Art. V. Modus agendi harum aquarum declaratur.*
Virtutem illis tribuit diluendi, aperiendi, obſtru-
ctiones reſerandi, reſoluendi, humores diſſipandi
p. 90. coagulatos, viſcidos, et roborandi. Qui agendi mo-
dus in ſtomachum, ſanguinem et caput vberius ex-
ponitur atque dilucidius.
p. 94. *Art. VI. Morbi commemorantur, in quibus egre-*
giam ſuam aquae minerales exferunt virtutem, ſiqui-
dem dolores capitis periodicos et inueteratos ni-
rum leuant in modum, hemiplegiam, paralyſes com-
munes et proprias, cum ſenſuum abolitione tollunt,
p. 96. debilem reſtituunt memoriam, conuulſiones, tre-
mores capitis, brachiorum et pedis propellunt, deli-
vio oculorum ab acribus humoribus orto medentur,
p. 98. coecitati, ſurditati, tinnitui aurium, vlceribus, ex-
detorſionibus tollendis proſunt, in obſtructionibus
p. 105. febre quartana, in fluxu hepatico, lienteria, dia-
rhoea habituali egregie iuuant, vermes necant, do-
p. 106. lores renum ſedant, calculum propellunt, vlcera
p. 107. veſicae ſanant, fluorem album curant, femellas red-
dunt fecundas, aliisque innumeris medelam afferunt
morbis, quae omnia exemplis firmata ſunt.
p. 121. *Art. VII. Morbi recenſentur, quibus aquas maxime*
eſſe cenſentur. In pectoris morbis, in raucedine in-
veterata, in vocis exſtinctione per plurimos annos,
in haemoptyſi, febribus catarrhalibus, hydrope, et
oedemate pedum vſum harum aquarum non ele
proficuum quamplurimi profitentur, at A. Cl. mul-
tis

tis declarat exemplis, minime haec vera esse, quid quod contrarium se vidisse asseuerat, et sinistrum effectum ex administratis minus recte aquis prodiisse affirmat.

Art. VIII. Morbi, quibus aquae sunt contraindicantes. Huc referuntur hydrops cum effusione in pectus et abdomen, abscessus hepatis, lienis aut alius visceris, inflammationes pectoris, scirrhi inueterati, febres continuae, inflammationes intestinorum, epilepsia, vertigo, morbi venerei. Exemplis haec omnia vt et cadauerum inspectione illustrantur comprobanturque. p. 131. p. 136.

Art. IX. Fontem ferruginosum in medio ambulacri situm describit. Quum mars visciditates soluendi et destruendi obstructiones infimi ventris virtute sit praeditus, ille fons medelam affert potissimum morbis chronicis, cachexiae, ictero, chlorosi, suppressioni mensium, lienteriae, sudoribus continuis, melancholicis, vaporosis et cruditatibus acidis repletis. p. 140. p. 142.

Art. X. Modus sudatoriis vtendi et morbi, quibus conueniunt et aduersantur. Moderate si adhibentur, leuamen affertur, nimia copia intendit morbos. Inprimis in morbis, vbi lympha acrimoniam nacta est, robustioris constitutionis homines vnoquoque die ter aut quater, delicatioris autem structurae homines tantum interiectis duobus diebus semel tantum his vti tenentur. Qui inflammationibus, oppressionibus, asthmate et pulmonum morbis laborant, abstinere ab his debent. p. 147. p. 150.

Art. XI. Modus vtendi aquis per siphonem corpori admouendis, et morbi quibus conueniunt et aduersantur. Calidae hae aquae cum tribus partibus frigidae miscentur, nimius siquidem calor morbos exasperat, v. c. rheumatismos, paralyses etc. Temperatae autem aduersus catarrhos, cephalalgias, vertigines, p. 153. p. 163.

tigines, paraplegias, anchyloſes etc. admodum [illegible] tares ſunt.

p. 169. *Art. XII. Praecepta in vniuerſum circa vſum quarum.* 1) Si debilitas inde oritur, per vnum, [illegible] et tres dies vſus interrumpendus. 2) Si appetitus proſternitur, debilitas, dolor ſtomachi, ſingultus, vomitio oritur, exceſſus in potu eſt cauſa, [illegible] quantitas minuenda eſt. 3) Si calor inteſtinorum, dolor renum, ſitis ardens, cum vertigine et [illegible] ſionibus accedit, per aliquot tempus intermittendae, diaeta refrigerans obſeruanda et ſubſtituenda aquae minerales Buſſangenſes, aut aquae ſontis in ambulacro. 4) Si ſomnolentia grauitasque adeſt, euitanda alimenta difficilis concoctionis, [illegible] menta quaerenda, leuis exercitatio, aluus libera [illegible] nenda, interdum venaeſectio et frictiones [illegible] tae adhibendae. 5) Si acuti dolores in ſtomacho, qui malae digeſtionis ſunt indicia, balnea nocent, per medicamenta naturae et exactam diaetam [illegible] ſuccurrendum. 6) Si febris adeſt, illius cauſa [illegible] deſtruenda et a balneo abſtinendum.

p. 172. *Art. XIII. Cautelae circa vſum aquae potulentae.* Peregrini per octo aut quindecim dies ante vſum diaeta et medicaminibus conuenientibus ſe praeparent, poſt aduentum per duos requieſcant dies, dein venaeſectione et purgatione leni vtantur. Senibus

p. 177. et infantibus non conuenit venaeſectio. Hora vſui aquae non accurate determinari poteſt propter tempeſtatum viciſſitudines. In debilitate a paruis doſi incipiendum et ad maiorem procedendum ſenſim. Exercitatio non intermittenda. Nihil edendum,

p. 187. et ne ientaculum quidem. Oborta diarrhoea, eius violentiae eſt occurrendum.

p. 193. *Art. XIV. Modus vtendi balneis.* Poſtquam multa egregie de legitimo balneorum vſu et differentia

p. 203. diſputata fuere, regulas has praeſcripſit. 1) Balneum

um ingrediendum tribus, quatuor aut quinque diebus poſt vſum aquarum internum. 2) Poſt purgationem. 3) Per gradus balneis vtendum, ita vt commoratio in eo primo breuis, dein longior fiat. 4) In ipſo balneo quaedam vitra aquae ebibenda. 5) Non nimis ſit calidum balneum. 6) Matutino tempore, poſt ſudatorium et admiſſionem aquae ſiphonis balneum eſt ingrediendum. 7) Ante balneum nullum alimentum aſſumendum. 8) Curandum de aluo aperta.

Art. XV. De diaeta obſeruanda in aquarum vſu. p. 225.

Frugalitatem ante omnia commendat A. Cl. atque vitare iubet alimenta diuerſa et varie compoſita, cibi aromatici conditi ſunt pernicioſi. Carnes volatilium, vaccinae, veruecinae, agninae, ſunt aſſumendae. Coenae inſeruiunt carnes gallinae, columbinae, perdicum, alaudarum etc. nec non piſcium truttarum, percarum etc. Legumina vero prorſus exulent. Panis ſit ex farina tenuiſſima paratus, bene fermentatus et coctus. Omnia cruditates gignentia abſint, qualia ſunt lactucae, fructus horaei, fragariae, cerafa, mala perſica, mala armeniaca, pira, rubi idaei, quibus virtus aquarum minuitur. Fungi, boleti etc. iuribus additi obſunt. Inter potulenta, aqua omnibus reliquis praeſtat. Vinum purum aſſumtum ſtimulat et irritat fibras, aquae vitae digeſtionem impediunt. Vſum caffeae interdum permittit, chocolatam ſic dictam ſanitatis communi praefert, potum theae ob relaxationem partium diſſuadet; aër matutinus fugiendus, qui propter vapores et exhalationes plantarum humidior factus, nocet. Exercitationes contra multum praeſidii afferunt. Neque ſomnus, neque immoderatae vigiliae ſunt admittendae; illo enim inertes facit omnes corporis partes, hae nervos et ſanguinem nimium mouent. Secretionum et excretionum ſit iuſta proportio, et animi affectuum

p. 227. p. 233. p. 235. p. 240. p. 241. p. 249. p. 253. p. 260. p. 261. p. 262.

ctuum habeatur ita ratio, vt non nisi grati et mo-
derati durante vsu aquarum animum obsidant, in-
grati vero et vehementiores procul absint.

XIX.

Dissertation sur le charbon malin de la Bour-
gogne, ou la pustule maligne, Ouvrage cou-
ronné par l' Academie de Dijon, seconde
edition, augmentée, avec un examen de l'a-
vertissement et des notes de l' editeur du
Traité de l' anthrax de M. CHAMBON, par M.
THOMASSIN. à Basle, 1782. 8. 79 pagg.

i. e.

Dissertatio de carbunculo maligno Burgundiae
s. pustula maligna, secunda editio, aucta et
iecto examine commentationis et animad-
versionum Cl. Editoris libelli Cl. CHAMBON
de anthrace: auctore Cl. THOMASSIN.

Academia Diuionensis praemium ei decer-
atque adiudicare constituerat, qui carbun-
maligni Burgundiam infestantis naturam, theo-
atque causas declarasset, atque docuisset, qua me-
do ex praxi et obseruationibus ducta, tuto h-
morbo sit medendum. Inter varia scripta huius
causa litteris consignata, duo potissimum Acade-
hoc praemio digna visa sunt, scilicet Cll^{orum} TH-
MASSIN et Cl. CHAMBON dissertationes, q-
quoque praemium ita est distributum, vt vtr-
que dimidiam partem acciperet. Verum enim v-
Cl. CHAMBON, qui haud dubie totum ad se p-
mium deferri voluit, ideo excanduit ira, atque g-
viter in Cl. THOMASSIN inuectus est, eiusque d-
sertationem omnibus perstrinxit modis, vnde qu-
ille

ille alteram editionem appararet, obiectionibus Cl. CHAMBON occurrere atque se defendere voluit, praemissa quadam verbosiori responsione, summam autem harum obiectionum paulo inferius commemorabimus.

Iam ipsam dissertationem recensere placet. In p. 2.
vniuersum hunc morbum descripsit, quippe qui tumor fuit inflammatorius, quem semper sphacelus sequutus est, qui subitam produxit mortem, nisi tempestiue remedia apta atque accommodata huic malo adhibita fuere, atque hic tumor ipsi parum differre videtur ab anthrace. Raro nec tam celeriter in hoc morbo malignae exortae sunt pustulae, quales in carbunculo maligno Occitanensi, quem descripsit Cl. FOURNIER *). Peculiarem autem fi- p. 5.
guram habet pustula illa, planam, superficiariam, inaequaliter rotundam et eleuatam, paruis depressionibus et eleuationibus quam plurimis tectam, colorem cutis paene naturalem et paululum nitentem referentem. Horis duodecim, sedecim aut p. 6.
viginti quatuor praeterlapsis, interdum post tres, quatuor aut quinque dies, de nouo incipit pruritus fortior, acrior et cum doloribus vehementibus iunctus, tumorque increscit, fit durior, et pustula in paruas vesiculas plurimas, primum pallidas, post flauas, griseas, nigras et siccas abit: gangraena tunc ac p. 8.
cedit et tumoris centrum fit sphacelosum, in cute vero fit eschara, quae sese in phlyctaenam eleuat, et admodum increscit. Ipsius escharae facies puris p. 9.
egressum impedit, cum febris accessione et diarrhoea; suppuratio tamen lente et non nisi accedente noua inflammatione procedit, quae carbunculosa est, febris tamen non semper adest.' Si autem febris p. 10.
accedit,

*) Obſervations et expériences ſur le charbon malin avec une méthode aſſurée de le guerir, Dijon, 1769. 8.

accedit, illa coniuncta eſt cum deliquiis, anxietatibus,
p. 11. vomitionibusque, et debilem reddit aegrum. Somnus
aegrorum, ſi a febre non infeſtantur, interrumpitur
inſomniis terrificis, et aliis; deliria perpetua ſunt us-
que ad ſomnum; aliis aluus clauſa, aliis aperta eſt.
p. 12. Sic morbus eſſe ſolet, ſi admittit medelam, varia
ſymptomatibus ſeſe augentibus cum totali virium
proſtratione et omnium functionum perturbatione
deliriisque continuis, mors eſt in procinctu, et ipſa
cadauera ſtatim in putredinem abeunt et odorem
ſpargunt horribilem.
p. 13. His praemiſſis, naturam et cauſas morbi enar-
rat, atque primo docet, carbunculum non aliter
quam per gangraenam, terminari, et gangraenam
denique vtilem fieri, ſi omne principium irritationis
per eam ſit deſtructum; ſic enim ſenſibilitate ani-
p. 14. omnia ceſſant ſymptomata. Quae autem a quibus-
dam auctoribus de ſuppuratione carbunculi affirma-
tur, meris fabulis accenſenda exiſtimat A. Cl.
p. 16. ribus IOUBERTO, DE VIGO, CHALMETTE. Sed
puſtulae malignae eſt in cute et corpore adipoſo,
haud raro gangraena vsque ad muſculos pro-
Principem cauſam huius morbi, omnes enim
dum cognitae ſunt, conſtituit materia irritans
acris, in cute firmiter reſidens et irritationem
ducens, quae humores attrahendo inflammation
p. 17. excitat cum tumoribus. In vniuerſum puſtulae
infeſtare partes corporis humani liberiori aëri
ſitas, faciem, collum, manus, brachia, pedes, et
vicem ac guttur penes femellas ſolent.
p. 19. In Burgundia morbus ille eſſe endemius
ob rationem ſolet, quoniam eius ſitus remotus
ſole paulo eſt, et in vicinia ſtagnantes inue-
p. 20. aquae. Ipſum contagium euidentem cauſam
lignitatis prodit, quod per contactum in alia tra-
p. 23. corpora, etiam in veterina, et exemplo docet
per

per vaccam hoc morbo exſtinctam hominem ſexage-
narium, qui ipſius corpori manum indiderit, fuiſſe
infectum, cuius rei plurima protulit A. Cl. exempla.
Neque a contagio immunes fuere, qui curam ae- p. 30.
grorum ſuſceperunt, aut iis miniſtrarunt. Cauſae p. 31.
occaſionales quoque hic veniunt in cenſum, v. c.
regionis humida et paludoſa qualitas, exhalationes
terrae in nimio aeſtu, inſectorum morſus, attactus
carnis et ſanguinis mortuorum animalium. Cauſae p. 32.
vero fermentationis nondum patent, modus tamen p. 33.
vtique poteſt declarari vberius per irritationem, quam
venenata illa materia producit in neruis, ex quà
omnes effectus exponi poſſunt. Igitur phaenomena p. 35.
illa aetiologica cum iis, quae morſibus viperarum
ſunt, conueniunt.

Expoſitis cauſis, pergit A. Cl. ad medendi ratio- p. 42.
nem externam pariter ac internam. Externe gan- p. 44.
graenae occurritur, ſi progreſſui mali limites po-
nuntur per topica, quibus orgasmus et tenſio fibra-
rum neruoſarum imminuitur, cui quidem indica-
tioni ſatisfit cataplaſmate anodyno ex mica panis et
lacte parato; ſi autem puſtula colorem mutare inci- p. 45.
pit, ſubſtituendum paullo efficax et magis irritans
topicum, cataplaſma eſt applicandum ex theriaca,
quod puſtulam large tegit, vicinae autem partes
anodyno cataplaſmate ſunt tegendae. Deficiente
theriaca, adhiberi poſſunt allium contuſum, cepae
crudae, piper, ſinapi, ſapo inter ſe mixti ad formam
cataplaſmatis. Separationi eſcharae inſeruiunt p. 46.
mellis cochlearia IV. vitelli ouorum II. fermenti
vetuſti cochlearia III. et ſaponis ſemiuncia, ex qui-
bus fit cataplaſma calide applicandum. Irritantia p. 48.
contra et attractiua medicamina prorſus exulare de-
bent. Eo demum tempore, quo puſtulae ad gan- p. 49.
graenam vergunt, ſcarificationes ſunt neceſſariae; p. 51.
ſi autem altius reſederit et ad contextum celluloſum

penetrauerit malum, tunc exſtirpatio tentanda eſt,
quae tamen propter contraindicantia etiam eſt omit-
p. 57. tenda. Denique diſſectio eſcharae commendatur.
p. 58. Ad amputationem natura duce nobis deuenientibus,
cogitandum eſt de cataplaſmatibus carni mortuae
imponendis, quae mollitiei praeueniunt et putredini
occurrunt, et de tegendis vicinis partibus medica-
mine quodam anodyno. Primae indicationi ſatisfit
medicaminibus acrimonia mordente praeditis, v. c.
theriaca emollita cum pauxillo ſpiritu vini campho-
p. 59. rato et cum plumaceolis impoſita. His tamen non
obſtantibus eſchara applicata theriaca manet molli
et humida, quo in caſu vnguentum aegyptiacum
cum ſpiritu vini camphorato in formam linimenti
eſt redigendum, et cum linteo carpto applicandum;
p. 60. interdum maior virtus concilianda eſt aegyptiaco
vnguento, eluendo gangraenoſas partes ante cum
aqua phagedaenica. Et ſic vsque ad ſeparationem
totalem per ſuppurationem progrediendum eſt. Eſ-
ſchara quoque quotidie, ſi neceſſitas exigit, ſcalpello
propter craſſitiem minuenda, et limbi forfice am-
putandi. Carnibus mortuis tandem ſeparatis, remanet
p. 61. vlcus, quod conſolidandum eſt. Verum enim vero
internis quoque remediis multum eſt tribuendum.
Neceſſitas rei poſtulat interdum venaeſectionem,
quam ſequitur euacuatio primarum viarum a fibra
p. 62. ra per vomitorium ex tartaro emetico. Purgantia
p. 64. medicamina nihil proſunt. Reliqua medicamenta
debent eſſe antiſpaſmodica et cardiaca. In languore
ſyſtematis arterioſi, ſi ſtagnatio metuenda, vinum
p. 65. album aqua temperatum proficuum eſt. Diaeta ſit
ſeuera, praeprimis in morbi impetu, et nutrimen
tunc corpori per viginti quatuor horas ſufficiens
iuſcula cum pane aut 4 paterae caffetanae, et po-
lenta cum pauxillo ſacchari. In aeſtate fructus ſuc-
culentos addere poſſumus, ſed carnes, ova, et quae
putredi-

putredinem gignunt, abeſſe debent. Camera aegri temperate calida ſit, et interdum aëri fiat acceſſus liberiori aperiendo feneſtras, vaſa aqua frigida repleta ibi ſint et ramuſculis arborum infarcta. Sen- p. 66.
ſilitas, actio ſolidorum et motus humorum ſtagnantium per cardiaca, vinum, theriaca, ſal volatile viperarum, cornu cerui, ſpiritum volatilem ſalis ammoniaci, elixirium theriacale etc. procurari debet. Spiritui tamen volatili ſalis ammoniaci plurimum p. 67.
tribuit. Neque virtute ſua priuat alkali volatile, quod adhibuit Cl. LE ROUX, cui et Chinae radicem adiicit. Tandem vlcerum poſt eſcharae feceſſum p. 73.
curam adgreditur, in qua potiſſimum ad laxitatem partium eſt reſpiciendum. Igitur ſuadet vnguentum digeſtiuum cum aegyptiaco iunctum, dein aegyptiacum ſolum et tandem cum melle mixtum acrimoniae ipſius inuoluendae cauſa, et teſtatur, optimos ſe vidiſſe effectus ex vſu balſami adſtringentis Cl. RICHARDI compoſiti ex oleo therebinthino et vitriolico ana vncia ſemis, bene inter ſe mixtis, donec efferueſcant, adduntur tres vnciae ſpiritus vini rectificati, quibus inſuper adiecit mellis vncias duas. Praeterea, ſuppuratione bene ſuc- p. 74.
cedente, linteo carpto ſicco vlcera deligantur. Ne- p. 75.
que palpebrae ab his puſtulis immunes eſſe ſolent, quibus quum palpebrae inuerti nequeant, operatio Cl. BORDENAVE *) commendatur.

Praemiſſa huic editioni epiſtola concernit dubitationes a Cl. CHAMBON aduerſus Noſtrum prolatas, quas paucis tantum attingere placet, quoniam eiusmodi polemicis rebus non admodum delectamur. Quae quidem reſponſio 59 paginas continet, atque fuſius eoque clarius omnem ſtatum controuerſiae exponit. Omnia autem fere ad haec redeunt: Cl^um

*) v. Mémoire l' Academie de Chirurgie Vol. V. p. 97.

THOMASSIN ſibi ipſi repugnare in commentatione. Eum erraſſe in citandis auctoribus, neque probe illos intellexiſſe; minus recte verum characterem carbunculi ab eo fuiſſe perſpectum atque intellectum, facta audacter ſuſcepta et absque omni conſilio ab ipſo prolata, in ſignis anthracis producendis non ſatis accurate ipſum verſatum, atque idcirco remedia periculoſa ab ipſo adhibita fuiſſe. Quae quidem obiectiones maximi videri momenti quilibet nobis etiam non monentibus perſpicit; verum eas fictas atque ex animo praeiudiciis et affectibus capto profectas nobiſcum vnusquisque iudicabit, cui vel modeſtam atque doctam harum obiectionum ſolutionem, vel potius ipſam tractationem legere placuerit.

XX.

Oratio habita in Capitolio Guilielmopolitano in comitiis vniuerſitatis Virginiae die XII. Iunii MDCCLXXXII. dum fauente Gallorum duce cum et militum frequentia medicae cooptationis laurea donabatur Chriſtianiſſimi Regis exercitus Archiater IOANNES FRANCISCUS COSTE, ſaluberrimarum medicinae Facultatum Pariſienſis alumnus, Valentinae Doctor. Lugduni Batauorum, 1783. 8. mai. pagg. 103.

Haec oratio magnam habet commendationem ab ipſa temporis opportunitate et ſplendore concionis, coram qua habita eſt, aeque ac ob argumenti dignitatem ac praeſtantiam, rerum ordinem et perſpicuitatem, grauitatem ac copiam cum ornatu coniunctam in elocutione. Egregie ſiquidem in ea declarat et firmis argumentis demonſtrare ſtudet, *antiquam medico-philoſophiam orbi nouo eſſe adaptandam.*

Medicinam

Medicinam liberam esse debere tradit, quae masculla, virilis atque philosophica sit, et homines liberos, sapientissimos ac viros deceat, qui in sago et toga inclaruerunt. Talem autem fuisse HIPPOCRATIS medicinam ex re ipsa intelligitur, quippe quae propter experientiae cum doctrina coniunctae laudem omnium assensum, qui vltra compendiola sapiunt, meretur. Duabus autem partibus A. Cl. omnia comprehendit, quae rei suae vberius declarandae, proponendae atque illustrandae visa sunt digna. p. 7.

Itaque parte prima exponit, quae fuerit in antiquissimis temporibus medicae artis facies, et quaenam diuini HIPPOCRATIS in eam merita. Tria autem distinguenda esse docet, artem videlicet medicam ab obseruatione mera, scientiam medicam ab euidentium causarum et remediorum felici experientia comprobatorum cognitione, scientiam medicorum ab iis, quae ad gloriam medici potius, quam ad ipsam aegri vtilitatem, pertinere videantur. Arti vero adiunxisse medicam scientiam HIPPOCRATEM docuit, cuius potissimum opera in eo est versata, vt medico philosophiam traderet occupatam in probe cognoscendis morbis et ab inuicem distinguendis, in eruendis et adimplendis indicationibus nonnunquam claris, probabilibus saltem, sed semper aut conatibus aut voto naturae reciprocis, quae quidem cognitio sanandis morbis optime sufficit. Ap. p. 10. p. 12. p. 13. p. 15.

sua autem medicina abesse iussit Cous ille senex absurde dicta a Philosophis veteribus, amuleta et incantationes, atomos etc. potiusque principia practica maximi ponderis admisit, qualia sunt, vitam esse breuem, artem longam, medicinam esse additionem et subtractionem, crises et coctiones esse obseruandas, quae ducere oportet, quo maxime vergant, eo ducenda per loca conuenientia, actioni praestare exspectationem et τὸ θεῖον siue vires naturae auxiliatrices. p. 23. p. 24.

p. 25. trices. Medicina ipſius agens in euacuationibus ad
p. 26. naturae nutum atque imitationem fuit adaptata. In regulis ſanorum et aegrorum diaeteticis proponendis egregie verſatus eſt. In diſcipulis docendis, non multum praeceptis, plurimum exemplis tribuit, at-
p. 29. que naturam ducem ſecutus eſt. Aegri faciem, pulſum, externaque omnia ſedula inſpectione luſtrare praecepit, quaenam ſit cuique anni tempori peculiaris conſtitutio, quinam morbi, quid boni, malique in diuerſis gradibus, aut conſtitutione aut morbo inueniatur, quinam morbus longus, lethalis, acutus, ſalutaris, quomodo critici dies conſiderandi, qua ratione praedictiones inſtituendae, et quae vi-
p. 30. ctus ratio ſit praeſcribenda. Coniecturis vero ea tenus vtendum, quatenus naturam ſequimur du-
p. 32. cem, et ſic morborum ſymptomata, cauſas, ſigna prognoſtica, remedia vſu comprobata et experimentis confirmata, cognita in arte medendi feliciter adhibebit medicus.

p. 36. Parte altera docet, quaenam commoda in orbe nouo ex medico-philoſophia veteri prouenerint, quomodo aëri corrigendo ſtuduerint ligna exſcindendo, ſyluarum continuitatem interſecando, aquas coërcendo, aquas ſtagnantes permutando rapidis
p. 39. in fluuios, et hac ratione morbos ſporadicos, epi-
p. 44. demicos et endemicos auertendo; ſed et aquarum rationem eſſe habendam qualitatis, ex qua innumeri
p. 45. propullulant morbi. Pergit ad temperamenta et viuendi rationes Americanorum, atque ex iis explicat debiliorem fibrarum compagem, circuitum humorum lentum, virium concoctricium actionisque
p. 47. vitalis inertiam. Hinc iure damnat potus Theae et Caffee nimiam ingurgitationem, cereuiſiae pancearumque crudis liquoribus refertarum nec fermentatione ſubactarum abuſum, Chocolatae ſorbi-
p. 48. tionem ſaepius repetitam. Peccata Americanorum quoque

quoque vrget in ciborum electione; anteponunt
ſcilicet caeteris vegetabilibus braſſicas, caeteris car-
nibus ſuillam eamque magis adipoſam et omnes
ſemicoctas, caeteris piſcibus pinguiores anteferunt,
quae intermixto omnibus et ſingulis tanto butyri,
aut cremoris, aut ſacchari, quantillo panis, eiusque
nec fermentati, nec elaborati, nec cocti, digeſtio-
nem laedunt. Tot botulorum apud Americanos,
tomaculorum, pernarum, butyri, lactis, dulcium,
ſalſamentorum, ofellarum, piſcium, placentarum, ſac-
charatorum aquoſorumque potuum apparatus ven-
trem grauant et ſanitatem mirum in modum de-
ſtruunt; quid quod et ratione quantitatis et tempo-
ris intra iliacos peccatur muros et extra. Quies et p. 50.
motus, perpetuaque equitatio, matrimonia matura,
et vita deſes ſanitati inſidias ſtruunt. Ars ſalutaris p. 63.
in nouo orbe multos alit medicos, vere non medi- p. 65.
cos, ſed medicaſtros: hinc innumera ſequuntur
mala in victus ratione atque medendi arte, atque
prorſus negligitur aurea illa regula, vna eſt natura,
vna eſt vita et ſanitas, conſenſus vnus, conſpiratio
vna, conſentientia omnia. Potius anili ſauent A- p. 82.
mericani medicinae, in phyſiologiae, chymiae, hi-
ſtoriae naturalis, materiae medicae, pathologiae et
clinicae ſtudio admodum nugantur atque ineptiunt.

His praemiſſis atque expoſitis, vrget Auctor Cl. p. 87.
vt in Noſocomio potiſſimum Academico ſit accura-
tiſſima obſeruatio et hiſtoria morborum, ſimpliciſſi-
ma autem eoque magis Hippocratica ratio curan-
dorum. Ex quibus omnibus Profeſſoris clinici
munia atque officia vberius explicat. Denique p. 95.
annotationes quasdam addit, quibus multa in ora-
tione allegorice et figurate dicta explicantur atque
illuſtrantur.

Quod reliquum eſt, optamus, vt non ſolum
Hippocratica medendi ratio apud Americanos intro-

ducatur, ſed vt et inter quosdam noſtratium ea quoque plurimos nanciſcatur amicos, qui non illotis, vt aiunt, manibus aggrediantur medicam artem, ſed bene praeparati et philoſophico ingenio inſtructi eam colant et in vſus humanos transferant.

XXI.

Analyſe de l' eau minérale de Fruges par le sieur PIERRE DE RIBAUCOURT, maître en Pharmacie, Demonſtrateur en Chimie, et Entrepreneur des Nitrieres royales à Abbeville, 1783. 8.

i. e,

Analyſis aquae mineralis Frugeſiae, auctore P. RIBAUCOURT.

Aqua haec mineralis recens detecta incaleſcendo terram aliquam flauo-atram praecipitat. Prima experimenta analytica cum illa inſtituta martiale aquam vtique prodiderunt. Diuerſa et a Cl. RIBAUCOURT ſaepius repetita experimenta declarunt hanc aquam ferro, acido vitriolico, terra alcalina, ſelenitide et aethere ſiue gas eſſe impraegnatam. Ergo ex principiis compoſita eſt, aquis mineralibus ferruginoſis propriis, quales ſunt Balſenſes, Forgeſenſes, Spadenſes etc. Operationum productiones hunc chymicum eo adduxerunt, vt crederet, aquam mineralem Frugeſiam, optimae notae aquis mineralibus iure meritoque eſſe accenſendam, eiusque vſum in omnibus morbis prorſus singularem eſſe debere, in quibus medicamenta ex his principiis compoſita proficiunt. Praeterea illa aqua, ſicut reliquae, etiam ſe transportare ſinit. Verum enim vero qui illis aquis illico ex fonte vtuntur, ſimul illo gas fruuntur, quod in tranſportando pro-

pter

pter nimiam volatilitatem ſeſe diſſipat, atque adeo omnes huius aquae proprietates in ſuccum et ſanguinem conuertere poſſunt ad fontem ipſum accedentes, ex quo dulcius bibuntur aquae.

XXII.

PETRI REMIGII FRANCISCI DE PAULA WILLEMET, D. M. diſſ. de frigoris vſu medico, Nanceii, 1783. 8. 21 pagg.

Non ſine gratiſſimo voluptatis ſenſu hanc diſſertationem perlegimus, quae referta eſt elegantiſſimis obſeruationibus ex veterum ac recentiorum medicorum ſcriptis, quibus Cl. A. docuit, genuinum medicum his fontibus liquidis ac limpidis nequaquam carere poſſe, ſi ſuos hortos feliciter irrigare atque fructus vberrimos ſperare velit. Vt autem p. 4.
ordine quodam omnia tractet, primo ſic definit frigus, quod ſit imminutio caloris. Effectus vero ipſius ſunt corporum adſtrictio et vnio, ſolidorum firmior conſiſtentia et fluidorum condenſatio. Di- p. 5.
verſos deinde tradit frigus adminiſtrandi modos, ſcilicet mediantibus aëre, aqua, glacie, niue, et medicamentis frigidis. Cautelas neceſſarias tamen ex p. 7.
contraindicantibus petitas in adminiſtratione frigoris addit. Poſtea frigoris vſum in febribus, in hae- p. 12.
morrhagiis, in quibusdam morbis inflammatoriis, in p. 13.
doloribus, nec non in ſpaſmis paulo vberius decla- p. 14.
rat, teſtimoniis ex veteribus Graecis, Latinis ac A- p. 16.
rabibus medicis productis, neque recentiorum obſeruationibus neglectis. Denique de virtute ſtimu- p. 18.
lante ac roborante frigoris agit, cuius actionis in fibras gradus perpenduntur. Laudat quoque vir- p. 20.
tutem euacuantem frigoris, eiusque vſum in chi- p. 21.
rurgia demonſtrat. In hac diſſertatione, quae brevitate ſua ſeſe maximopere commendat ac conciſo dicendi

dicendi genere, multa inuenimus, quae magis in operibus fruſtra interdum quaeruntur.

XXIII.

Des maladies des femmes par M. CHAMBON DE MONTAUX, Médecin de la Faculté de Paris, de la Societé royale de Médecine, etc. Tome I. à Paris, 1784. 8. 538 pagg. Tome II. 519 pagg.

h. e.

CHAMBON DE MONTAUX de morbis mulierum tractatus.

Multi atque doctiſſimi viri antiquioribus aeque ac recentioribus temporibus hiſtoriam morborum ſequioris ſexus ſcriptis egregiis illuſtrarunt, vt magis eorum copia, quam inopia, premi atque obrui videamur. Nihilo tamen ſecius ſtudium eorum eſt improbandum, quid quod laudandum maxime pere, qui morbos illos noſtris potiſſimum temporibus perſequi paulo accuratius tentarunt, praeſertim quum indies noua morborum genera ſexum ſequiorem infeſtantia propullulent, quae veteribus prorſus fuerunt incognita et vberiorem deſcriptionem deſiderare atque efflagitare videntur, vt eorum cognoſcendorum non ſolum nobis ſit poteſtas, ſed etiam vt remediorum aptorum vnicuique morbo applicandorum vſu et experientia comprobatorum nobis comparemus notitiam. Quare Cl. Auctoris conſilium probamus quam maxime atque celebramus, quod eo pertinuit, vt morbos mulierum quam plurimos fuſius deſcribere ſtuduerit, atque ſua opera anteceſſoribus palmam praeripuerit. Cuius quidem ſententiae veritas eluceſcet, commemorandis iis, quae in hoc libro continentur. En ipſius voluminis primi ſummam.

In

In vniuerſum Noſter hoc volumine *de morbis* Tom. I.
acutis puerperarum praecipit, quos tribus comple-
ctitur partibus. Pars 1. octo abſoluitur capitibus,
quorum 1. agit de *grauiditate*, quam multorum mor- p. 1.
borum cauſam eſſe ſtatuit, quia tunc ſanguis magno
impetu verſus vterum fertur, atque conſuetae ceſ-
ſant haemorrhagiae proſperae valetudini inſeruien-
tes, et ipſa oeconomia animalis multis eſt obnoxia
mutationibus, inter quas viſcerum repletio dige- p. 14.
ſtionis negotio dicatorum principem tenet locum,
quippe quae efficit, vt digeſtio minus recte proce-
dens meſſem largam morborum procuret. Ipſa
autem *foetus excluſio*, quae c. 2. traditur, et cuius p. 16.
mechaniſmum Noſter paullo dilucidius proponit, ſi
natura tunc violentius tractatur, rupturam vaſorum
ſanguiferorum, magna aneuryſmata, diſiunctionem p. 20.
oſſium peluis, et rupturam vteri producit. Quam
quidem excluſionem *haemorrhagiae* haud raro ſe-
quuntur cum ſyncope et morte ſubitanea, quas c. 3. p. 22.
deſcribit, et cauſas earundem addit, nimiam placen-
tae magnitudinem, plethoram, et placentae remo-
ram iuſto longiorem in vtero. C. 4. de *prolapſu et* p. 38.
hernia vteri agit, vna cum ſymptomatibus, et me-
dendi ratione ex ſcriptis veterum pariter ac recen-
tiorum medicorum. C. 5. de *depreſſione et motu* p. 50.
vteri ex ſuo loco praecipit, quibus morbis rite de-
ſcriptis varias medendi rationes ſuppeditat, inter
quas tamen LANGIO ſuffragatur, exſtirpationem cum p. 65.
acuto inſtrumento tentandam eſſe ſuadenti. C. 6 p. 69.
de *lochiis*, et c. 7. de *ſecretione lactis*, *et febre cum* p. 75.
illa coniuncta, illam cum probatiſſimis auctoribus
fieri ſtatuit in vaſis lymphatico-arterioſis vteri et
placentae, in quibus grauiditatis tempore copioſe
deponitur lac, quod intra triduum poſt partum in p. 81.
mammas proſilit. Obſeruatione hanc ſententiam
firmat facta a *Noortwyck* *) diſſecante chorion, in
quo

*) v. vter. hum. grau. hiſt. p. 19.

quo materiam cremorem lactis ſiſtentem
p. 88. Ex mutata autem corporis conditione lacteae febris
p. 99. originem deducit, cuius *ſymptomata* c. 8. deſcribit,
p. 102. commemoratis ſimul *cauſis*, *diagnoſi*, *prognoſi* et me-
p. 108. *dendi ratione*, ſimul autem *de victus ratione* diſſerit,
atque incommoda ex febri illa prouenientia non
tantum recenſet, ſed etiam quibus praeſidiis illis ſit
ſuccurrendum egregie explicat.

p. 168. Parte ſecunda capitibus ſex hos percurrit mor-
bos alios. Primo enim capite *infarctus inflammato-
rios infimi ventris eorumque differentias* deſcribit,
quos potiſſimum deducit ex plethora lactea in qui-
busdam viſceribus infimi ventris commorante, quae
duplici modo imminuenda fuiſſet, videlicet per lac-
tis in mammis productionem, aut per lochiorum
p. 171. ſufficientem fluxum. C. 2. proprie conſiderat *in-
farctus inflammatorios infimi ventris*, *ſuppreſſionem
lochiorum antecedentes*. SWIETENIUM patronum ſuae
ſententiae laudat atque exemplis veritatem rei illu-
p. 189. ſtriorem reddere ſtudet, ſimulque *de diagnoſi*, pro-
p. 190. *gnoſi atque medendi methodo* verba facit, qua quidem
p. 192. in re circumſpectionem accuratam prodidiſſe non
p. 203. videtur. C. 3. *de ſuppreſſis lochiis eorum metaſtaſi
atque ſymptomatibus inde oriundis* tractat. Illa meta-
ſtaſis varia loca, vterum, infimi ventris viſcera, vi-
cera thoracis, cerebrum, etc. infeſtat, et magna
p. 217. pericula portendit. Horum vero ſymptomatum
cauſae innumerae commemorantur, allegatis ſimul
cauſis reliquisque circumſtantiis arctiſſime hoc cum
morbo coniunctis. Metaſtaſis autem lochiorum
verſus thoracis regionem facta producit *pleuri-
dem*, *peripneumoniam et affectus comatoſos*, *qui inde*
p. 249. *pendent*, de quibus capite 4. Pergit autem Noſtar
p. 254. c. 5. *inflammationem vteri* deſcribere, circa quam
potiſſimum monet, omni plane deſtitui fun-
mento opinionem exiſtimantium, inflammationem
vteri

vteri prorſus differre ab inflammatoriis infarctibus, atque ambabus amplectitur manibus HOFMANNI *) contrarium ſtatuentis ſententiam. Non quidem negat, irritationes vteri violentas inflammationum ipſius eſſe cauſas, ſed addit quoque, eas ſimul ſuppreſſionem lochiorum producere, ideoque eam ſimul in hoc caſu in conſenſum eſſe trahendam. Diſtinguit vero etiam cum aliis medicis varios in- p. 264.
flammationis gradus, ſi videlicet tantummodo aliquam regionem, aut totam vteri occupauerit ſubſtantiam, ex quo diſcrimine grauitas ipſius morbi eſt aeſtimanda. Eaque ipſa grauitas cum inſigni differentium ſymptomatum copia coniuncta ſtudium auctoris excitauit, vt non ſolum de remediis aptis et exquiſitis cogitaret, et ea nobiſcum communicaret, ſed etiam vt paullo verboſiorem ſeſe in hoc argumento exponendo gereret. Tandem c. 6. *de im-* p. 309.
moderate fluentibus lochiis ob atoniam diſſerit. Eleganter et admodum accurate hunc deſcripſit Noſter morbum, atque nobis potiſſimum eius obſervationes hinc et illinc diſperſae placuerunt. Quorſum pertinet, mulieres carne molliori, colore pallidiori, et laxa fibra praeditas prae aliis huic morbo eſſe obnoxias, vti et cachexia propria laborantes, quarum contextus celluloſus abundans ſerum in ſe recepit, nec non ſcorbuticae, aut penes quas diſpoſitio ſcorbutica reperitur, et quae fluore albo nimio et pedibus oedematoſis laborant.

Tertia parte febrem lacteam, quam ceu cauſam p. 325.
morborum inflammatoriorum in ſuperioribus conſiderauit, praeprimis reſpectu femellarum, quas naturae benignitas iuſſit eſſe robuſtiores, iam alia ratione curatiori ſubiicit examini. Igitur cap. 1. ſi- p. 327.
ſtit *febrem lacteam pituitoſam*, cuius cauſa ex longinquo petitur; educatio ſiquidem in infantia, vitae genus,

*) in med. rat. ſyſt. Tom. II. §. 5. p. 157.

genus, mores, ſocietates, quas vt plurimum non ex legibus naturae inire ſolent, praeprimis ditiores et
p. 331. vrbicae, corporis conditionem peruertunt, atque efficiunt, vt tempore, quo menſtrua primum fluere incipiunt, ſanguis viſcoſus ad ea propellatur loca, in quibus ſit infarctus, et loco ſanguinis lympha demum viſcida prodit, quae multos generat morbos. Fingamus autem, femellam talem a coitu ſecundo eſſe impraegnatam, et tunc ſane verſus abdomen ille viſcoſus ſanguis fertur, qui grauiditatem non ſolum reddit moleſtam et partum laboriosiorem, ſed etiam febrim lacteam efficit febri catarrhali perquam ſimillimam: materies autem ipſa varia infercit viſcera; et rem ſic ſe habere anato-
p. 340. mica cadauerum docuit disquiſitio. Itaque ſi ab initio in medendi ratione conuenientia adhibentur remedia, materia euacuatur maligna et foetida, et vrina ſedimentum copioſum deponit, et ſi in
p. 351. curatio inſtituitur, res ſuccedit ex voto. Cap. 2. *tumorem vteri ex gas aëriformi* ortum ſiſtit, quem tympanitidem vteri iure dixeris. Neque veteres neque recentiores medici ſatis hunc morbum de-ſcripſerunt, quorum potiores ſententias modeſte examinat, ſuo ſimul iudicio interpoſito. Optime tamen a FORESTO illum fuiſſe expoſitum tradit, et ductu eius omnia profert, quae ad hunc difficilem morbum cognoſcendum, diſtinguendum ab aliis et
p. 367. ſanandum poſſunt aliquid conferre. Cap. 3. *tumorem infimi ventris a gas aëriformi ortum cauitatem replentem viſcerum digeſtioni dicatorum*, depingit. Prouocat autem, vt verbis ſuis maiorem concilient auctoritatem, ad MORGAGNIUM et ad *acta naturae*
p. 383. *curioſorum*. Cap. 4. *Febrem humoralem ex ſaburra primarum viarum productam* ſiſtit. Geneſin huius febris ex mala digeſtione tempore grauiditatis deducit, qua omnes functiones corporis humani tur-

bantur,

bantur, aeque ac ex irritatione neruorum in conceptionis momento appetitum proſtratum, nauſeam, vomitiones etc. excitante, quibus ſi non occurratur ſymptomatibus, digeſtio manet imperfecta atque laeſa, et in ſtomachi et inteſtinorum functionibus omnia ſic peruertuntur, vt fluidae partes ſimul alterentur, quae excluſionis foetus tempore p. 385.
accedente acrimonia peculiari ſunt impraegnatae, et cum febris lacteae ortu oeconomiam animalem turbant, et periculoſam aegrarum efficiunt conditionem. Signa et ſymptomata aeque ſunt grauia; p. 386.
in vniuerſum enim humores fermentationem ſubeunt, acrimonia euoluitur, ſaburra in primis viis magis magisque irritatur, lingua albo viſcoſoque humore obducta et ſicca eſt, caput doloribus lancinantibus cum grauitatis ſenſu infeſtatur, pulſus frequens, durus et concentratus eſt, vrina rubra et ſedimentoſa eſt, et cutis deſiccatur, et calorem, ſi tangitur, perſentiſcere ſinit. In abdomine dolores ſentiuntur, et ab irritatione materiei in inteſtinis commorantis incaleſcit, ac aër ibi contentus tenſionem admodum magnam efficit cum calore et moleſto ingratoque ſenſu. Vt plurimum haec ſymptomata euacuationes imminuunt, et fluida verſus inteſtina delata ſimul ibi, immiſcendo ſeſe reliquis ſuccis corruptis, alterationem inſignem producunt. Venter ipſe maiorem increſcit in molem, viſcera inflammantur, lochia ſupprimuntur penitus, febris intenditur, et ſitis nullo modo poteſt exſtingui. Tunc deliria ingruunt, aut coma ſomnolentum ſeſe manifeſtat, humores progrediente fermentatione ipſis viſceribus putrefactionem et interdum gangraenam communicant. Grauitas huius morbi nos iuſſit eſſe in eius deſcriptione verboſiores; iam accedimus p. 406.
ad *diarrhoeam* c. 5. quae itidem periculoſa admodum eſſe ſolet in puerperio. Hanc ita deſcribit A.,

vt declaret varias formas, quibus ſese manifeſtet, eiusque varias ſpecies duce LEVRETO conſiderat,
p. 418. criticam videlicet et ſymptomaticam. In *febre* autem *putrida* c. 6. deſcribenda ita verſatur, vt GARGANI, BOERHAAVII, aliorumque auctoritate ſultus, eam ex humorum acrimonia repetat, quae ſuppreſſis
p. 427. ſis lochiis ex fermentatione orta eſt. Varia deinde ſub cenſum vocat ſymptomata, et diagnoſin, prognoſin ac curationem, vti in reliquis, deſcribit. Paullo autem verboſiorem ſe geſſiſſe Noſtrum in huius morbi natura et cura definienda eo lubentius ſi largimur, quo magis talem expoſitionem rei neceſ-
p. 458. ſitas exigere videbatur. Cap. 7. *febris maligna* duas ſpecies proponit, quarum prior eſſentialis, poſterior autem ſymptomatica nuncupatur. Vtriusque igitur febris cauſae ſunt internae, haerentes in humoribus, lympha, fluido nerueo, etc. externae autem in aëre corrupto, habitationum conditione etc. ſunt
p. 470. quaerendae. In *febri miliari* tradenda DAVIDIS HAMILTONI ſententiam, reliquis abiectis, amplectitur, ſtatuentis, hanc febrim gigni potiſſimum ex ſeroſitate ſanguinis acida facta, atque ſuae opinioni
p. 486. maius robur conciliare ſtudet. *Febrem* denique *exanthematicam*, alias *purpuram* dictam, c. p. quae admodum frequentem penes puerperas morbum periculoſum eſſe cum aliis cenſet. Cap. 10. de *depoſitionibus inde oriundis*. Interdum comminantes morbi tumores in abdomine, niſi materia peccans reſoluatur atque euacuetur, producunt, qui in ſuppu-
p. 500. rationem tranſeunt, et cum febre lenta, cuiuscunque demum generis ſint, coniuncta ſunt, quae eo periculoſior eſſe ſolet, ſi maiorem acrimoniam materia concreceperit, et tunc tumor ſtatim aperiendus, ita tamen vt, ſi fieri poſſit, partes eſſentiales nullo affectu, modo in ipſa operatione perficienda, deinde vero toria in vicinis partibus tumoris ſunt applicanda, et

cortex Peruuianus in magna doſi exhibendus, vt putredo auertatur. Variis egregiisque obſeruationibus atque exemplis A. hoc illuſtrauit caput. Cap. p. 517.
11. agit de *mulieribus infantes ſuos lactantibus*. Multae videlicet mammas infantibus praebuerunt absque vllo ſenſu ſanitatis infirmioris redditae, nihilo tamen ſecius ſaepiſſime ſolet fieri, vt huic officio quaedam mulieres non amplius ſatisfacere poſſint, ob lactis regreſſum ad vaſa ſanguifera, in quibus novos morbos grauiſſimis ſymptomatibus ſtipatos generat. Tandem c. 12. agit *de promta mamillarum* p. 520.
detumeſcentia penes lactantes mulieres. Duplici modo hunc morbum oriri poſſe docet, primum enim ex animi affectibus paullo vehementioribus, deinde ex ſtatu febrili. Differentia ab hac duplici cauſa profecta huius morbi medelam aeque ac prognoſin admodum diuerſam eſſe iubet, quam Auctor etiam attendere, et ex ſymptomatum varietate remedia applicanda eſſe iure ſuo poſtulat.

Volumine ſecundo Noſter proponit in parte altera morbos chronicos in puerperio et breui poſt oriundos, in altera vero morbos a menſibus ceſſantibus perpendet. Partis primae cap. 1. *morbi chroniti a materia lactea et fluido lochiorum producti* recenſentur. Vera vtique ſunt, quae *Morgagnius* *) dixit: *Non modo puerperas morbi celeres, verum etiam lenti, exſtinguunt. Nonnunquam longo poſt partum tempore, imo donec vixerint, male habent.* Quorum morborum catalogum quum nobis tradat Cl. A., operae pretium eſt, vt eos paucis attingamus. Cap. 2. *de tabe et ſymptomatibus eam comitantibus* agit. Multa ſunt, quae hic ſimul concurrunt, appetitus proſtratus, virium proiectio, digeſtionis mutatio, febris acceſſio cum nauſea, ſiti et debilitate irruit,

Tom. II. p. 1. p. 4.

Tt 2 ex

*) de ſedibus et cauſ. morbor. Lib. III. Epiſt. anatom. med. c. 48. n. 46.

ex quibus, niſi aptis occurratur remediis, febris putrida, aut cachectica corporis conſtitutio oritur. Iubet in hoc ſtatu humores morboſos attenuare decoctis ex plantis ſaponaceis et leniter diaphoreticis paratis, ventriculum repetitis purgantibus emendare atque aquis mineralibus vti. Si his rite adhibitis digeſtio infirma remanet, infinita inde oriuntur mala, et ſi conſtitutio aegrae eſt cholerica, bilis in primis viis maiorem acquirit acrimoniam inteſtinorum canalem vellicantem, quae *diarrhoeas* gignit, quas
p. 9. Auctori *lacteas* nominare placuit cap. 3. quae tunc ad viſcera digeſtioni dicata deriuatum effectum producit, quem tamen vincunt facile
barbarum, gentiana, eupatorium Auicennae
p. 12. Cap. 4. *de lacte per longum temporis ſpatium verſus mammas aſſurgente.* Reiicit applicationem ventoſarum, atque balnea pedum per octo dein venae ſectionem largam in pede, et aquam
p. 16. neralem ſalinam arte factam commendat. Laborem vero *fluxus ille lacteus verſus vaſa vterina* ſit e quo difficulter menſes prodeunt, eadem vero
p. 20. thodo, qua in ſuperiore capite, vtitur. Lectu gnum eſt c. 6. *de inuerſione vteri*, quam
p. 27. aliaque mala ſequuntur. Aliam tamen *nem* ab hac differre docet, cui c. 7. dicatum quam accidentalem nominat, cuique ſubiectae foeminae paullo molliori carne praeditae, vis illata eſt in ipſo partu. Natura ipſa, et
p. 28. vaporoſa claudicationem illam penitus tollunt 8. *de maculis a lacte in cute conſpicuis.* Has dini aduerſas notas deſignat atque conuenientia
p. 32. procurat remedia. Cap. 9. *de obſtructionibus more lacteo oriundis.* Duas illarum obſtructionum ſpecies probe diſtinxit, quarum altera in vasis fimi ventris viſceribus, et praeprimis in vtero, tera vero in quacunque parte alia reperitur,

ptomatica

ptomatibus cum puerperio coniunctis disparentibus. Haec sine inflammatione, illa cum ea accedit, et tumores producit insignes. Obstructiones vero interdum in scirrhum transeunt, et obiter *Hippocrates* reprehenditur dicens: *feminas, quibus orificium et collum vteri est scirrhosum, non amplius concipere*, ad tria enim illustria prouocat exempla contrarium probantia. Cap. 10. *de vlceribus vteri.* Vt omnis amphibolia vitetur, exponit A. Cl. se tantummodo agere in hoc capite de vlceribus ex inflammatione vteri post partum ortis, neque ea tangere se velle asserit, quae aliis ex causis et ab hac conditione multum discrepantibus pendeant. Attamen in illis suffumigia resinosa, a Batauo medico celebrata, parum prodesse, quid quod obesse vt plurimum, statuit. Cap. 11. *de phthisi pulmonali.* Talis phthisis vario modo potest oriri, quamquam semper a metastasi humoris lactei in pulmonibus pendeat, siquidem illa ex inflammatione horum viscerum sequitur, aut congestio lenta huius humoris in parenchyma et glandulas bronchiales causa huius mali esse solet. Sigillatim vero species aliquas huius phthiseos describit. Suppeditat ideo signa phthiseos, cuius causa proxima pulmonum suppuratio est, et vsum thermarum, vesicatoriorum, cauteriorum etc. in hac commendat maxime. De phthisi porro cum obstructione glandularum bronchialium praecipit, quae cum vlceribus aut sine eis accedere potest, et docet, qua ratione cum phthisi scrophulosa conueniat et discrepet. Vlteriori dein examini subiicit phthisin catarrhalem, quam pro vera et genuina pulmonum venditat suppuratione, interdum tamen a regula fieri exceptionem lubentissime concedit. Datur vero etiam quaedam phthisis, cuius causa in sanguine latet vitiato per humores erysipelatosos, lichenosos, etc. Tandem phthisin ex lacta-

p. 41.

p. 80.

p. 91.

p. 93.

p. 101.

p. 116.

p. 125.

p. 127.

p. 135. tione infantum prouenientem delineat. Cap. 12. *de rheumatiſmo.* Vt plurimum affectiones neruoſae cum ſymptomatibus anomalis vnitae in rheumatiſmos ſolent tranſire; quamplurimi tamen rheumatiſmi, qui penes puerperas reperiuntur, a lacte originem trahunt, vnde eos lacteos nominavit Noſter, atque bene in eorum inquiſiuit natu-
p. 145. ram. Cap. 13. *de ſecretione lactis in abortibus praematuris*, et de duratione huius ſecretionis penes quasdam vsque ad recens puerperium, quod terminus ordinarius eſſe videtur. Multis egregiisque
p. 154. exemplis hoc argumentum illuſtrauit. Cap. 14. *de cachexia, ſcorbuto et hydrope.* Deprauatam indolem quamlibet liquidi nutrientis his malis viam pandere ſatis ſuperque conſtat, ſed alia penes mulieres accedit cauſa, videlicet lac ſubſiſtens, fibras laxas debilesque reddens, atque in vaſculoſas ſefe inſinuans extremitates, ibique obſtructiones, ſicuti ſenſim a reliquis partibus, quas permeant, gignens, quae
p. 169. cauſa morbi commemorati propullulare ſolent. Cap. 15. *remedia vſitatiſſima proponuntur, quibus morbi ex lacte prouenientibus occurritur.* Primo loco commendantur purgantia, ſicuti et ſudorifera non penitus in quibusdam caſibus ſunt negligenda, praeprimis illa conueniunt mulieribus, quibus lac viſciditatem in viſceribus digeſtionis et in meſenterio propagat; attamen ſi quaedam exinde ſperanda, viſciditas non dum ita debet eſſe comparata, vt in ſolidis primum obſtructio coperit initium, neque temperamentum ipſum oportet eſſe pituitoſum, quia in eo fibrae molles et inertes ſunt; hac enim ratione irritantia admodum noxiae fierent, ipſaque horum praeſidium adminiſtratio magnam curam et prouidam circumſpectionem requirere videtur; etenim debilia
p. 171. tulis minime conueniunt feminis. Itaque purgationes irritantes bonum edunt effectum, diſſolutio-

nes
cum
arte
aro
lact
app
bor
Igi
rha
rau
ipſ
ac
en
eti
fic
et
pu
p
ſi
m
ir
ſ
i
i
i

nes ſalinae non ſunt laude ſua priuandae, tamen cum grano ſalis adhibendae. Ex aquis mineralibus p. 175.
arte factis adiumenta quaedam ſperanda. Calamus aromaticus quoque profligat ac diſſipat congeſtiones lacteas, atque ſi haec prudenter ſeligantur atque applicentur, vbique multum prodeſſe poterunt.

Promiſſi ſui memor Noſter in altera parte *morbos ex menſibus ceſſantibus procreatos* commemorat. Igitur cap. 1. *irregularem menſium fluxum et haemorrhagias* cenſurae ſubiicit. Inquirit ante omnia in cauſas huius irregularis fluxus, quas non ſolum in ipſa ſanguinis conditione, ſed etiam in ſolidorum actione in fluida ponendas eſſe arbitratur; fibrae enim tunc quum maiorem firmitatem acceperunt, etiam vaſis inſigniorem firmitatem conciliant, qua fit, vt ſanguis difficulter exeat, in ſtaſin pronus ſit et obſtructionem neceſſario efficiat. Ipſae ſolidae partes fiunt rigidiores atque ſuum ad hunc effectum producendum conferunt, textura ſiquidem compacta ſolidorum, et diminuta diameter interior mechanice turbat menſtruorum fluxum. His praemiſſis ordine recenſentur varia incommoda inde orientia, quae autem, ne prolixiores ſimus, praeterire placet. Igitur ad cap. 2. *de obſtructione vteri, tanquam cauſa haemorrhagiarum.* Neque hic morabimur, quum vidimus Auctorem in ſignis et cauſis neque ac curatione horum morborum fuiſſe egregie verſatum. Cap. 3. *de haemorrhoidibus, et haemorrhagiis vteri.* Propter vicinitatem viae, qua menſtruus ſanguis exit, fieri ſolet, vt his viis infarctis etiam venae haemorrhoidales ſimul infarciantur, atque ſanguinem fundere ſoleant tunc, ſi fluxus defierit menſtruus. Cauſas haemorrhoidum, ſymptomata, prognoſin atque curationem diſtincte et ſufficienter tradita eſſe intelleximus. Cap. 4. p. 250.
vlcera vteri differre ſtatuit, ſi ceſſauerint menſes, ab

iis vlceribus, quae excluſionem partus, [illegible] aut inflammationem vteri ſequuntur. [illegible] quoque reperitur in ipſa regione, quam [illegible] quaedam enim in ipſo vteri corpore ſedem [illegible] habent, quae ſunt rariſſima, quaedam in orificio [illegible] collo ſunt collocata, omnia autem febrem [illegible] habent comitem cum horripilationibus, calore [illegible] tis atque ſiccitate. Dolor autem in parte vlcera [illegible] eſt intermittens, quodſi vero vlcus magnam [illegible] tium occupat, tunc dolor lancinans et pungens [illegible]
p. 254. ſolet. Cephalalgia vtplurimum accedit, et [illegible] ſe extendit ad manus, digitos, lumbos, axillas, [illegible] ra, crura. His tandem breuis curatio addita [illegible]
p. 262. Cap. 5. *de rhagadibus in orificio et collo vteri.* [illegible] auctoribus quidem quamplurimis rhagades [illegible] guuntur ab vlceribus; hanc vero diſtinctionem [illegible] prorſus ſuperuacuam Auctor Cl. docet, quum [illegible] gades ſint nihil aliud, quam vlcera longis [illegible] praedita, ideoque aliquam vlcerum ſpeciem [illegible] ſtituant, cum quibus caeteroquin conueniant [illegible] maxime, pus ſiquidem fundunt cum ſanie, [illegible] circumferentiae fiunt calloſae et elatae, [illegible] praeprimis ſi ſunt recentes, ſuperficiariae [illegible] iisdem praeterea cauſis oriuntur rhagades [illegible] coribus; humores enim acres ad quaedam [illegible] delati, rupturae, inflammationes inter [illegible] numerantur. In eo tantum quaedam [illegible] deprehenditur, quod rhagades haud [illegible] ant, antequam ſe prodant, propter [illegible] videlicet in ſenſus non ſtatim incurrentia. [illegible] tus exercitio tantum hoc malum ſe prodit, [illegible]
p. 264. ope ſpeculi uius praeſentia poteſt [illegible] conuenientiam vero ſummam cum vlceribus [illegible]
p. 266. eandemque admittunt medendi rationem. [illegible] *de vteri conditione defidentium matrimonii [illegible] excitante.* Morboſus ille ſtatus etiam [illegible] [illegible] feminas,

feminas, quae alias affectus, duce ratione, moderare et frena illis iniicere possunt, quamquam in corporis vigore sint constitutae. Causa vero huius mali latet in sanguinis impedito circuitu, quo congestiones fiunt versus organa generationi dicata, et quae irritando has partes amorem ipsi animo sufflamminant. Venae sectiones modicae, balnea lenientia, p. 271. aquae minerales subtili aethere impraegnatae hunc ignem in viscera vrentem exstinguere poterunt. Cap. 7. *De vtero humoribus viscidis repleto cum symptomatibus leuis inflammationis.* Morbosa haec affectio non aetate prouectas, sed iuniores inuadit, et quia rara est, paulo accuratius eam descripsit. Summa eo redit, vt vterus admodum extendatur cum quadam duritie, sentiunt grauitatem aegrae cum doloribus coniunctam, si paulo rudius vehendo aut exercendo tractatae sunt; et haec affectio cum pulmonum repletione comparari potest; sentiunt enim aegrae in parte pulmonum inferiore dolores vehementes, calor immodicus accedit, siccitas cutis etc. in progressu morbi augentur phlogoses cum doloribus et leuis febris accedit, ac ipse morbus per plures interdum durat annos, absque indicio magnae inflammationis, interim tamen venae sectio prudenter adhibita hunc morbum saepe profligauit. p. 274. Cap. 8. *De pruritu vuluae*, qui non debet confundi cum furore vterino, vti et SERVERTUS *) olim docuit. Cap. 9. *De lumbricis vteri. Prisciamus* et *Cleopatra* primum eos detexerunt, nos parum de eorum ad haec loca solliciti deportatione cum Nostro monemus, suffumigia atque iniectiones illis fugandis atque enecandis esse accommodanda. Cap. 10. *De arthriticis et rheumaticis afflictionibus, ab vtero orientibus.* Multis iisque egregiis exemplis demonstrat p. 281. p. 285. p. 287.

*) Prax. med. L. IV. part. 2. sect. 2. cap. 2. p. 657.

monſtrat Noſter aduerſus *Hippocratem*, multos podagricis et arthriticis infeſtari doloribus, atque eos potiſſimum ingraueſcere ceſſantibus menſtruis. Lectu digniſſimum hoc caput eſſe perſpicuum.

p. 319. Cap. 11. *De cachexia, quae ſequitur haemorrhagias aut abuſum venae ſectionis.* Modum et rationem qua ex haemorrhagiis et venae ſectione minus rite adhibita cachexia oriatur, ita declarat, vt ſimul cognoſcere liceat, quomodo haec ab illa cachexia ex humoribus lacteis oriente probe ſit diſcernenda.

p. 322. Cap. 12. *Hydropem* explicat, qui cum variis de cauſis poſſit prodire, de omnibus diſtincte atque ſeorſim agere conſtituit Noſter. Primo loco hydropem conſiderat, quatenus ex haemorrhagiis deducat originem, deinde quomodo ex obſtructionibus generari poſſit, et tandem qua ratione cachexia

p. 326 lum producat. Vniuerſis illis cauſis praemiſſis rite determinatis ad proprias et peculiares hydropis deſcriptiones dirigitur oratio. Igitur cap. 13.

p. 329 *hydropem vteri* ſiſtit. Omnes autem cauſas, quae circulationem ſeroſorum humorum impedimento quae remorantur, etiam coniunctis quaſi viribus vterum ita agere poſſunt, vt in hoc viſcere ſubeat tur hoc malum, praeprimis ſi inueniat multa

p. 332. cula, v. c. contractionem nimiam orificii vaſis quae effluxui horum humorum quam maxime verſatur. Quod fieri queat hydrops vteri non negandum, quare et de natura et cura illius

p. 349. cepta adiunxit egregia. Cap. 14. *De hydrope incluſo ſiue aſcite falſo.* Admodum frequentem hydropis ſpeciem eſſe CAMERARII *) et MORGAGNII **) obſeruationes nos minime dubitare quas inter ſe ſedulo comparauit Cl. Auctor,

*) Exerc. anat. ex. duct. hepat. aquoſ. c. 9.
**) de ſedib. et cauſis morbor. per anatom. indag. Epiſt. Anat. Med. 38. art. 50.

naturam huius mali bene depinxit, eamque ex cadaveris ſectione cum Cl. FAVRE inſtituta feminae ingenuae *Fremiot* vberius declarauit, additis ſimul coniecturis, cauſas morbi illuſtris huius feminae concernentibus. Vt plurimum autem ſedes huius hydropis eſt in duplicatura peritonaei, aut, ſi mauis, inter peritonaeum et contextum celluloſum muſculorum abdominis. Cap. 15. *De morbis ouariorum.* Quaedam hydropis ſpecies etiam ouaria infeſtat, quae congeſtionem humorum pro vera genuinaque cauſa agnoſcit. Iisdem fere ſignis, quibus peritonaei hydrops ſe prodit, gaudet, tumor vero ouariorum ex loco illo poteſt cognoſci, quem ouaria occupant, ex ſenſu doloris in regione iliaca, et ex eius directione verſus oppoſitam partem. Cap. 16. *De calculis vteri.* Variis in locis eſſe atque ibi interdum adhaerere ſolet calculus, cuius naturam et curam ex veterum aeque ac recentiorum medicorum ſcriptis explicauit. Cap. 17. *De triſtitia et melancholia.* Vberiorem horum malorum tractationem nobiſcum auctor communicauit, atque ita ea deſcripſit, vt omnium deſiderio ſatisfacturum illum eſſe profiteri ingenue teneamur. Denique c. 18. *de affectionibus neruoſis.* Quo in argumento pertractando ita verſatus eſt, vt nimiam irritabilitatem ſyſtematis nervoſi quacunque de cauſa ortam, ſpirituum defectum vitalium, fluidi neruei prauam indolem tanquam cauſas principes prodat, atque reliqua ad hunc morbum ſpectantia iuſto ordine proferat, ita vt et in hoc capite omnia videamus complexa, quae ad perfectam horum morborum cognitionem atque perſanationem nos ducere poterunt. Quod reliquum eſt, haud leuis admiratio animum ſubiit noſtrum, quod triſtitiam atque melancholiam a morbis neruoſis ſeiunxerit atque diſtinxerit, quum tamen ambae ad morbos ſyſtematis neruoſi pertineant,

p. 389.
p. 422.
p. 433.
p. 438.
p. 451.
p. 485.

neant, atque ideo cum huius vltimi capith[illegible] ſub vno comprehendantur genere.

XXIV.

Herrn MESMERS, *Doctors der Arzneygelahrheit, [illegible] Mitglieds der Wieneriſch-Mediciniſchen [illegible] kurze Geſchichte des thieriſchen Magnetismus [illegible] April* 1781. *Aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Carlsruhe, bey Michael Macklot,* 1783. [illegible] *Seiten.*

i. e.

MESMERI, M. D. Hiſtoria breuis magnet[illegible] animalis vsque ad Aprilem 1781.

Hiſtoria haec, quae ex ſolo Auctoris Mane[illegible]pto Germanico in Gallicam ſermonem [illegible] quae translatori Auctor ore ſuo tradidit, [illegible] translata; et celeberrimis pluribus, imo et [illegible] foederata America exiſtentibus, ſcientiarum [illegible] miis transmiſſa eſſe dicitur; quinque praecip[illegible]
p. 10. ſoluitur partibus. In quarum prima, quum [illegible] tiſmum animalem vniuerſalem illum natum[illegible] ctum eſſe, cuius actio in neruos deriuata [illegible] verſale morbos vel tollendi, vel praecauendi, [illegible] dium praebeat, dictum fuerit; ſatorum, Vi[illegible] nae perpeſſorum, ſcripto a. 1779 edito iam [illegible]
p. 28. rum, hiſtoria repetitur; Auctorem ab anno [illegible] neque magnete artificiali, neque electrica [illegible]
p. 31. auxilio, vti; STORRKIUM rem quidem a[illegible] Auctorem nihilo tamen minus damnaſſe; [illegible] omnes, ad quas de inuento ſuo retulerit, [illegible] miae ſolam Berolinenſem candide cum ipſo [illegible]
p. 40. ſolumque ſeſe fallere dixiſſe, oſtenditur. [illegible] et tertia parte tradit Auctor, quomodo Ac[illegible]
p. 43. ſcientiarum, magis vero Societas Regia [illegible] Pariſien[illegible]

Parisienses ipsi illuserint, et contendit, magnetis-
mum animalem sextum quasi sensum esse, et in p. 46.
corpore humano veros existere polos, dolorem ex p. 61.
loco in alium transferendi arte ipsum pollere; ma- p. 67.
gnetismum hunc vero nullius esse vtilitatis, si post p. 115.
eum alia adhibeantur remedia.

Quarta pars ea enarrat, quae ab Augusto men- p. 119.
se anni 1778 ad Septembrem 1780 vsque Parisiis
ab Auctore acta sint, in qua contra Archiatros, p. 123.
Lieutaud et de Lassonne, insurgit; Cl. Bailli vero p. 126.
illi non omnem applausum denegasse, asserit; epi- p. 127.
tomen libri sui de magnetismo animali tradit; ea, p. 130.
quae comite Ill. d'Eslon, quem vehementer laudat, p. 161.
vel solo, vel praesentibus simul b. Bertrand, Mal-
loët, et Sollier de la Romillais, quos, vt vel visa
affirment, vel contradicant, variis libri huius locis
Mesmerus commonet, in variis, vel sensu, vel
motu laeso, vel alio modo aegrotantibus, in quo-
rum plurimis vase paruo aperto, tripedi imposito, p. 169.
ex quo aliquae inflexae perticae ferreae, ab exter-
nis corporis partibus facile attingendae, promine-
bant, vsus est, feliciter peracta sint, refert, et p. 179.
denique addit, quodnam iudicium Dehome, mecha-
nismum vegetabilem a Thouvenelio inueniendum p. 181.
praenuntians, Paulet, et Vacher, quem inprimis p. 182.
refutat, de semet ipso et d'Eslonio tulerint.

Copiosissimus est in enarrandis, quae coram Fa- p. 196.
cultate Regia Medica Parisiensi gesta sunt, de qui-
bus quinta pars, iterum quadripartita, agit. Facul- p. 203.
tati proposuit, vt viginti quatuor aegri, venerea lue
laborantibus exclusis, eligantur, quorum alteram
partem Facultatis membra ad consuetas methodos,
alteram vero Mesmerus ad suam tractet, curatio-
nisque testes non Medicos, sed ex Regio Regimine
dimissos) requirit. Tunc Rousselu de Vauzesmes p. 213.
coram Facultate contra d'Eslonium et Mesmerum
habitam

habitam orationem, cuius varios errores Mesmerus indicat, tradit, ex qua id tantum notandum,
p. 259. quod Mesmerus, omnes aegros suos edendi sitim
p. 294. cupidos fieri, seque nunquam medicamentis, interdum vero potu temperante, et balneis, quorum
p. 330. differentiae fictae sint, vti contendat. Post hanc le-
p. 351. genda est d' Eslonii oratio coram Facultate, hunc
p. 354. que de d' Eslonio data sententia, qua iste contra omnes Facultatis leges ex illa excluſus fuisse dicitur.
p. 363. In fine libri tandem refert Auctor, nullis me-
p. 369. chinis ipsi vtique opus esse ad suas curationes; et de Lassonne antea de rei veritate conuictum fuisse,
p. 381. postea vero ipsum illusisse: ac gloriatur, Galliae reginam ipsi ex Gallia abitum, quam iam paraſſet, interdixisse; ipsique per nobilem quendam dimissum lucrosas magis, quam honorificas, quas ibi
p. 391. p. 392. etiam, et quum ipsi, quod tres in arte sua discipulos erudiat, non vtique arriserit, reiecisse ait, ob-
p. 406. tas fuisse conditiones. Finem faciunt epistola Au-
p. 415. ctoris ad Reginam, triumque aegrorum felicius sanatorum testimonia.

XXV.

Recueil des pieces les plus intéreſſantes sur le magnetiſme animal. (a Paris) 1784. in 8. 470 pagg.

i. e.

Collectio opuſculorum maxime memorabilium de magnetiſmo animali.

Elisus e Germania eluſusque magnetiſmus animalis in Gallia plures inuenit, qui illum admirarentur, et ad morborum curam cum apparatu quodam adhiberent, quo factum est, vt, rem suam

mexime

MESMERO praeclare adiuuante, pro medicina non ſanis ſolum, ſed et ad ſummos morbos ſumme proficua haberetur.

Hac collectione opuſcula continentur de hoc magnetiſmo a Gallis edita; nec inutilem operam in his colligendis digerendisque ignotus editor (MESMERUS forte ipſe, aut certe diſcipulus quidam aut aſſecla MESMERI) inſumſit. Hoc vero in hoc opere valde deſideramus, quod ſcripta tantum magnetiſmo fauentia in eo contenta ſint, ipſeque collector magnetiſmo admodum, praeoccupato amore, fauere videatur.

MESMERI *hiſtoria detecti magnetiſmi animalis* primum exhibetur. Vindobonae ſingularis hic omni modo vir anno 1776 diſſertationem *de influxu planetarum in corpus humanum* edidit, in eoque doctrinam diu iam explosam recoxit, planetas in corpore humano, inprimis in ſyſtemate neruoſo, *intenſionem* et *remiſſionem*, eodem modo, quo luna fluxum refluxumque maris, producere. Talem fluxum refluxumque ex *intenſionis et remiſſionis* ſua theoria et in corpore humano ſtabiliuit, hancque corporis animalis proprietatem, qua coeleſtia terreſtriaque corpora in id agere valent, *magnetiſmi animalis* nomine inſigniuit. Huius *magnetiſmi* nomine omnes periodicas in corpore ſano et aegro mutationes comprehendit.

Anno 1773 et 1774 virgo XXIX annorum, p. 15.
nomine *Oeſterlin*, ob conuulſiuum morbum inueteratum, cum inſigni ſanguinis ad caput raptu, intenſiſſimoque dolore, delirio furibundo, ſyncope, MESMERUM conſuluit. In hac morbi criſes manifeſtas, poſt easque leuamen detexit, fidaque earum obſeruatione eo peruenit, vt omnes morbi mutationes praedicere poſſet, didicitque „eſſe intra corpora, ex „quibus globus noſter (?) conſtat, reciprocam, illi-

„que

„que ſimilem actionem, quae in corporibus animatis „ſibus obſeruatur.“

Magnetem anno 1774 huic virgini [illegible], fama virtutis commotus, qua ad dentium [illegible] et ventriculi mala valeret. Adplicuit ferra [illegible] armata tria cruribus ventriculoque. Sen[illegible] aegra, morbidam materiam curſu valde [illegible] amnis inſtar fluere, quae inferiora petiit, [illegible] omnia acceſſus ſymptomata ſtatim ſedata [illegible]. Hoc ſuum inuentum HELLIO ſe communicaſſe, hunc vero ſibi, pompoſo ſermone in diariis publicis ſibi vindicaſſe MESMERUS aſſerit.

Ill. STOERCKIO, inuentum Meſmerianum ſtatim diſplicuit, „*ex timiditate huic viro naturali*“ (certe non ex timore, ſed eam ob cauſſam, quod quam inania haec forent, Illuſtris hic vir facile [illegible] ſpexerit.) Poſtea anno 1775 epiſtolam ad [illegible] um medicum publici iuris fecit, qua analogiam [illegible] ſera magnetem et electricitatem ſtabiliuit, docuit magneticum fluidum omnia penetrare, conce[illegible] poſſe, et, licet a corpore remotum, tamen in [illegible] agere, corpora demum animata dari quaedam [illegible] magnetiſmum patientia, alia vero oppoſitae [illegible] tis, magnetiſmi actionem ſupprimentia.

Et INGENHOUSIO res diſplicuit, quam [illegible] Meſmero fabulam eſſe clare declarauit. [illegible] MESMERUS, prima data occaſione ſe eum de [illegible] ſuarum certitudine conuicturum. Virgo [illegible] *praeterlapſis duobus diebus* morbo ſuo iterum [illegible] ſa quadam occaſionali (forte bene ad rem [illegible] magicae certe et diabolicae obſeſſioni [illegible] cum his hiſtoriis ſimilitudinem habent) [illegible] eſt, INGENHOUSIUS ſtatim vocatus. Aegra [illegible] cope correptam doctus hic vir tetigit [illegible] nullus aegrae motus ſubſequutus eſt; poſtea [illegible] *uerus* Illuſtri viro magnetiſmum animalem [illegible]

nicauit (quo modo?) quumque eam altera vice digito tangeret, idque variis in corporis locis repeteret, motus conuulſiui in aegra ſemper oborti ſunt. Miratus rem eſt INGENHOUSIUS, ſeque *conuictum* eſſe dixit (tam credulum talem virum tamen nos non putaſſemus). Plura poſtea experimenta, hoc viro praeſente, inſtituta ſunt, quibus magis illum adhuc de rei certitudine conuictum eſſe MESMERUS dicit. Memorabile maxime experimentum eſt, quod aegra, directo ad eam digito MESMERI magnetico principio imbuti, ex octo pedum diſtantia, ſemper conuulſiuos motus cum *dolore* (adeo et in ſyncope dolor? Itane rerum nouarum *inuentoribus* permiſſum eſt, lectorum bonam fidem tam male fallere?) paſſa fuerit.

Rem poſtea publice INGENHOUSIUS pro ficta, ridicula, morbumque *Oeſterlinae* pro mire ficto declarauit. Magnetiſmus in noſocomio Hiſpanico, STOERCKIO iubente, adhibitus, parum ad morborum curam valuiſſe videtur.

Quum poſtea MESMERI inuenta Vindobonae p. 32.
nullo modo probarentur, iter in varias Germaniae prouincias inſtituit, in iisque morbos plures, quos tamen non deſcribit, magnetiſmo ſuo ſanaſſe ſe aſſerit. Putat et GASNERUM famoſas ſuas curationes eodem modo perfeciſſe. In Bauaria morbos plurimos ſe ſanaſſe Noſter aſſerit (ſed et GASNERUS in his terris res ſuas geſſit ſuisque curationibus omnis conditionis homines fefellit) reduxque in patriam vrbem, quum nullas amplius curationes magneticas ſuſcipere vellet, curam virginis *Paradis*, amauroſi perfecta ſimulque melancholia laborantis, amicorum ſuaſu, nec non alius, pariter amauroſi laborantis virginis ſuſcepit. Curae etiam ſuae ſimul ſe commiſit *virgo* (adeone omnia ſua in mulieribus neruorum morbis laborantibus

tentauit Noſter Vindobonae?) phthiſi purulenta et melancholia atrabiliaria laborans, cum convulſionibus, furore, ſanguinis ſputo, ſyncope. Has omnes curationes in aedibus ſuis ſuſcepit perfecitque, hoc tamen modo, vt admodum imperfectam virginis *Paradis* curationem fuiſſe ipſe concedat, quod tamen inuidiae tribuit, qua parens virginis, ab inimicis MESMERI motus, filiam ſuam, ipſa inuitaque inuita, vi paene MESMERO eripuit. Illa poſtea in priſtinam coecitatem morbumque iterum incidit, quem tamen MESMERUS terrori moerorique aegrae tribuit.

p. 53. Quum demum omnia Vindobonae tam male ſuccederent, hoc eſt, quum, praeoccupatis quibusdam exceptis, omnes Meſmerianum inuentum pro nugis et fabula haberent, ad Gallos transiit. Ibi riſiis paralyſes quasdam, et vaporoſam melancholiam ſe magnetiſmo ſuo ſanaſſe, verum imperfecte, vt de pluribus curationibus ipſe fatetur, aſſerit.

Vt verbo rem comprehendamus, ex vniuerſo opuſculo, hoc modo conſcripto, vt, quomodo magneticae curationes peragantur, non ſatis conſtet, perfecte patet, MESMERUM methodo ſua curationes nullas perfecte perfeciſſe, ſanationes, ſi quasdam perfecerit, omnes imperfectas manere, illumque omnes ſuas curationes hoc modo inſtituiſſe, vt, et ab omni praeiudicio liberi in impostorae cuiusdam ſuſpicionem facile poſſint incidere.

p. 65. Sequitur epiſtola COURT *de* GEBELIN *de magnetiſmo animali*. Ill. vir poſt vulnera quae cruri illata, illius eryſipelatoſum tumorem, pedis que contabeſcentiam cum ſtupore paſſus eſt, et alterum crus corripuit. Curatus eſt a MESMERO ſolo cruris et corporis aegri attactu ſubito. Vidit et ſe aſſerit Ill. vir epilepſia a natiuitate, mania, paralyſi, ſterilitate muliebri, coecitate, caet. labo-

tes, Meſmeriana arte curatos. Caetera omnia, quae in hac epiſtola continentur ad MESMERI defenſionem contra eius aduerſarios ſcripta, ſubinde ſatis acria ſunt.

Sed non longe poſt hanc curationem, quam tantopere iactat Ill. COURT *de* GEBELIN, ipſe hic vir mortuus eſt, et quidem in aedibus MESMERI, durante magnetica curatione. Renes in cadauere admodum magni, hydatidibus ſeroſum liquorem continentibus referti, intus admodum dilatati inventi ſunt. Caetera paene omnia naturalia fuere.

Dialogus intra doctorem omnium facultatum, et facultatis medicae Pariſinae, et ſanae mentis hominem, cuius morbum doctor ex longo tempore curauerat. Hunc dialogus ſequitur alius intra medicum praecedentem et alium. Inuectiuas ſat ridiculas continet primus in medicos, qui aegrum, a MESMERO ſine omni medicina reſtitutum, fere perdiderant. Altero medicus dolorem ſuum ob tam copioſas Meſmerianas curationes teſtatur. p. 175.

Epiſtola medici facultatis Pariſinae ad medicum ex Collegio Londinenſi, qua magnetiſmum animalem non exiſtere probatur. Adſeritur primum, magnetiſmum animalem non poſſibilem eſſe, eumque, ſi et poſſibilis eſſet, non exiſtere, tandemque, ſi et exiſtat, ſine imprudentia et periculi metu non admitti poſſe. Omnia in hac epiſtola ita dicta ſunt, vt MESMERI meritum inuentumque magis eluceat. p. 199.

Epiſtola Angli cuiusdam ad Gallum quendam de magnetiſmo animali nouiter detecto. MESMERUS ſumme contra obtrectatores defenditur, et editor in notis ad hanc epiſtolam curationes huius viri maxime laudat, academiam regiam ſcientiarum, ſocietatem regiam medicam et facultatem Pariſinam valde taxat, quod huic inuento nullum plane pretium tribuerint. p. 269.

p. 291. CAROLI MOULINIE, Sti Euangelii minister, ad Rev. PERDRIAU *de magnetiſmo animali* epiſtola. Auctor a *Meſmero* ſanatum ſe eſſe ipſe fatetur, ſimulque quaedam ad curationes ſuas ſpectantia ſuitim ab eo didiciſſe. Eo ſe peruenisſe adſerit, vt ſtatim leuetur, incommoda quaedam ſentiens; ſi intra viginti quatuor horarum ſpatium *ſtomachi inflammationem* tantam ſanaſſe, quae intra ſex dies omnem victum potumque interceperit; ſummam et perdurantem anxietatem cum ſuffocatione ſi ſtatim ſanaſſe; in febrili inſultu ſe *mephiticum vaporem*, febris cauſſam, *per caput expuliſſe*, ita vt intra horae ſpatium criſis incideret. Febrem et a puero *per caput* expulit, dorſi dolorem acutum ſatim ſanauit ſolo attactu magnetico. Conuulſiones ab inedia profectae attactu magnetico ſolo ſatis ſedatae ſunt. Huius farinae alia multa proferuntur, omni ſanae rationi aduerſa.

p. 317. *Enarratio curationum magnetiſmi animalis apud Buzancyi prope Sueſſionem* (*Soiſſons*) *peractarum*. In bori in pago Buzancy vis magnetica communicata eſt, ad quam ſedentes aegri magneticas virtutes nationes experiuntur. Criſes perfectas produci aegris magnetico fluido hoc modo imbutis PUISEGUR ſolo attactu cum baculo ferreo magnetiſato. Curauit autem *de* PUISEGUR, ſtomachi lorem, febrem, maculas in cornea, renum rheumatiſmum et vrinae retentionem, quartanas, morbos ex externa a lapſu laeſione oriundos, rium ſonitum cum vniuerſi corporis dolore, tumorem a metaſtaſi (lactea) poſt partum, oppreſſionem, tremorem et omnium totius ris partium dolorem, haemoptyſin, et vteri dolorem cum fluxus menſtrui ſuppreſſi coecitatem, febres varias, fluxiones varias teratas, hernias, intenſos capitis dolores,

tem referentia exanthemata totius corporis, oculi dolorem, membra mouendi impotentiam, articulorum dolores, febrem tertianam, febres alias, inueteratas, lentas, capitis dolores et neruorum affectiones, cruris paralyſin, inteſtinorum atoniam cum totius corporis dolore, oculi dolorem, febrem vehementem, continuam, mammae poſt partum tumorem, ventris dolorem, alui profluuium diuturnum, menſium ſuppreſſionem, rheumaticos renum dolores, icterum, articulorum dolores intenſos, colicam ſanguineam, oculorum rheumatiſmos, articulorum ſtuporem continuum cum ſurditate, ſtomachi imbecillitatem, tumorem ab acuto ferro articulo intruſo magnetiſmi ope. Harum curationum omnium hiſtoriae enarrantur. Febres maxime rebelles, inprimis quartanae, magnetiſmo, ſine vlla alia medicina curatae ſunt.

Epiſtola Rev. Patris GERHARDI *ad R. P.* RELERIN hiſtoriam ſanationis hydropici pro deſperato habiti magnetiſmi ope exhibet. Hydrops anaſarca fuit. Vrinam interceptam magnetiſmus prouocauit. p. 354.

Hiſtoria curationis biennis filii KORNMANNI *a* MESMERO *peractae.* Humor acer cruſtas formans in oculos pueri depoſitus fuerat. Poſtea maculae in oculo, cum intenſa inflammatione obortae ſunt. MESMERUS obſtructiones infimi ventris accuſauit, quae, reſtituto perfecte aegro, diſparuerunt. p. 356.

Hiſtoria curationum Lugduni magnetiſmi animalis ope ſecundum principia Meſmeriana a Cl. ORELUT *peractarum.* Praemiſſa eſt epiſtola ad MESMERUM, qua inuentum magneticum valde extollitur. Magnetiſmo animali auctor ſanauit virginem ſopore periodico ſex vel ſeptem menſium cum ſenſuum internorum iactura et articulorum ſtupore afflictam. Excitata ſubinde melancholica fuit, rerum- p. 361.

que ſuarum penitus fere ignara. Excitata ſtatim magnetiſmo animali adhibito fuit et melancholia diſparuit.

p. 371. Paralyſis dextri lateris magnetiſmo ſanata morbusque aluo, vrina et ſudore iudicatus eſt. Eodem modo et ſpaſmi in delicata femina poſt puerperium, herpes eryſipelatoſus, conuulſiones articulorum inferorum extraordinariae, paene continuae, febris quartana inueterata, ventriculi dolor, vomitus continuus a rheumatica materia perfecte ſanati ſunt.

p. 379. Forte ad maiorem fidem magnetiſmo conciliandam et imperfectae curationes magneticae enarrantur. Febris rheumatica cum pectoris ſumma oppreſſione, conuulſiones horribiles a terrore ſubito inductae, ſurditas a profluuio materiae purulentae ex auribus intercepto, magneticis curationibus leuaminis particulam expertae ſunt.

p. 387. *Recentiorum curationum magnetiſmi animalis peractarum hiſtoria.* Arbore Pariſiis magnetico principio imbuta (in horto principis de Soubiſe) ſanati ſunt in virgine morbi a ſanguinis ex vtero profuſione nimia oriundi, colicae, ſtomachique dolores, febrilis ad ſiniſtrum crus abſceſſus, ſummae quartana febris, ambulandi ob cruris vlcera impotentia, febres diuturnae, iſchiadicum malum, etc. Sanata et mulier magnetiſmi ope eſt, cui febris ad articulos abſceſſus ingentes dolores produxerat, nec non adoleſcens, quem poſt ſubitaneam corporis exaeſtuati refrigerationem conuulſiones atrociſſimae tentauerant.

p. 406. Mulieri in mortis agone iam conſtitutae magneticae curationis ope pulſus reſtitutus, et ſuffocatio ſublata eſt. Status hydropicus, in quem poſtea haec mulier incidit, eodem modo ſanatus eſt. Et in nauigantium morbis a frigido aere lu[illegible] miſoque

midoque coelo pendentibus magnetiſmus feliciter adhibitus eſt.

Dn^um^ NEVEU apoplexia cum paralyſi totali ſubito corripuit. Morbum nulli medicinae obtemperantem et a medicis et chirurgis pro deſperato declaratum magnetiſmus perfecte profligauit. p. 417.

Cl. GIRAUD magnetiſmi ope ſanauit brachii paralyſin cum ſenſuum hebetudine, renum poſt fluxus menſtrui ſuppreſſionem vehementem dolorem, cum abdominis tumore hydropico, paracenteſi adeo fruſtra inſtituta, cerebri habitualem catarrhum, epilepſiam a terrore, poſt crebrum mercurii vſum ad venereum morbum ſanandum inductam, ſcrophuloſos tumores, infernorum articulorum rheumatiſmum cum ſphincteris veſicae vrinariae paralyſi, neruorum morbos anomalos cum articulorum nodis et viſu in altero oculo deperdito, iſchiadicum malum, dolores rheumaticos vagos, hemiplegiam ſiniſtri lateris perfectam, mammarum dolorem cum glandularum infarctu, ſtomachi dolores, hemicraniam, pectoris oppreſſionem a moerore inductam, hepatis obſtructionem, debilitatem totius corporis ab aëre humido, aſthma conuulſiuum habituale, rheumaticos humeri dolores, ſuffocationem, dolorificum articulorum ſtuporem poſt fluxum menſtruum ceſſantem, colicas frequentes poſt febrem malignam, menſium ſuppreſſionem, periodicas conuulſiones, ventriculi ſummas criſpationes, articulorum tumores cum dolore, ſurditatem ex longo tempore perdurantem paene perfectam, tremorem articulorum a vini immoderato vſu, icterum, caet. p. 421.

Curatio hydropis vniuerſalis magnetiſmi animalis ope peractae. Hydrops poſt febrem quotidianam obortus erat. Vrinas magnetiſmus prouocauit. p. 454.

p. 463. Operi epistola MESMERI addita est, qua se contra THOURETUM defendit. Asserit, doctrinam de magnetismo animali a se vere inuentam, et curationes suas magneticas veras, non in aegrorum imaginatione sitas esse. Sed quaenam in THOURETI opere contineantur, dispiciamus. Tempora, quae *magneticus furor* Parisinos maxime inuaserat, anno 1784, THOURETUS sequentem librum edidit.

XXVI.

Recherches et doutes sur le magnetisme animal, par Mr THOURET, Docteur Régent de la Faculté, et membre de la Société Royale de Medecine, a Paris, chez Prault. 253 pagg. in 12 mai.

i. e.

Disquisitiones et dubia in magnetismum animalem, auctore Cl° THOURET.

Et quidem ex regiae societatis medicae auctoritate, quae illi hanc disquisitionem, Mesmerianarum curationum fama inducta, demandauerat. Primum ex auctoribus docte probatur, MESMERI doctrinam nouam non esse, sed satis antiquam. Ad vulnerum sanationem magnetem HELMONTIUS, GOCLENIUS, alii, adhibuere. (Emplastra sua magnetica agyrtae hodie adhuc publice iactant). Ad internos morbos magneti virtutes singulares, seu specificas adscripserunt LIBAUIUS, TENTZELIUS, WÜRDIG, MAXVELLUS, KIRCHERUS.

p. 8. Vt autem rerum suarum theoreticam quandam explicationem dare possent, *fluidum vniuersale, vniuersi animam*, *fluidum magneticum vniuersale* statuerunt, quod ab astris vsque ad hominem extenderetur, omnem naturam animaret, omnia corpora penetraret,

netraret, corporibusque vires attractionis et repulsionis communicaret. Hoc libere in atmosphaera fluctuans fluidum hoc modo se disponere posse putabant, vt eo vitale animatarum substantiarum principium animare, crises excitare et turbas componere possent. Eodem modo et sanitatem conservari vitamque produci putabant spiritu vitali fortiori reddito, hoc modo, vt vniuersalem, maxime simplicem medicinam ad omnes morbos se inuenisse iactarent.

Quae cum in vniuerso mundo ita esse putarent, in homine, microcosmo, eadem statuerunt. Polarem axin in homine iam PARACELSUS statuit, polum postea arcticum in ore, antarcticum in abdomine PARACELSI sectatores statuerunt.

His praemissis, ea, quae MESMERUS de magne- p. 13.
tismo suo docuerat, cum doctrina medicorum saeculi XVI. et XVII. conferuntur, fuseque probatur, omnia a MESMERO prolata et pro nouis, a se inventis, diuendita, iam a MAXVELLO aliisque clare dicta esse.

Aliter tamen MESMERUS nostris temporibus magnetismum adhibuit, quam olim fieri consueuit. Putabatur enim olim, magneticas virtutes in adfectum corpus dirigi posse, si partes quaedam, aut sanae aut aegrae, ab eo desumerentur, fluidoque magnetico imbuerentur. Caeterum olim eodem modo, quam nostris temporibus, purgationes institutae, morbique magnetis ope sanati sunt. Aegri magnetis ope diuersi generis sensationibus obnoxii facti sunt, et a fortissimis et a maxime delicatis facile ferendis. Eodem magnetismo veteres et sedem morbi tantoties ignoratam cognoscere tentarunt, fluidoque suo prudentiae speciem tribuisse videntur. Id inprimis magnetico fluido tribuerunt, quod rationem et crises iuuaret, morbos neruorum

omnis generis vtplurimum ſanaret, et [illegible] tionem iuuaret. Tandem et animi mores [illegible] ter ab eo mutari, aegrosque propenſiones [illegible] ad hanc medicinam eosque, qui in adhibenda [illegible] occupantur, ferri adſeuerarunt.

p. 120. Quae MESMERUS ad probandam [illegible] magneticorum veritatem profert, omnia [illegible] CHERUS propoſuit.

Si autem omnia, quae primi ſcriptores de [illegible] gnete eiusque influxu in corpus animatum [illegible] ruere, recte penſitemus, facile patet, ea omni [illegible] damento deſtituta adeoque iure oblitioni [illegible] eſſe. Hypotheſeos partes ſola imaginatione [illegible] binatae legitimam probationem non ſuſtinu[illegible] et ſanationes ſecundum eam inſtitutae cum [illegible] ciſmis et incantamentis plurimam ſimilitudi[illegible] bent. Hinc et quod ſana doctrina philoſophi[illegible] turalis probari non poterat, *ſenſationibus* [illegible] probare tentauerunt. (eodem modo, quo MES[illegible] *aegrae*, quamuis nil in earum morbo mutatu[illegible] clare perſpiceretur, firmiter adſeruerunt, [illegible] cte ſanas eſſe).

p. 139. Sed num magnetiſmus animalis MESMERI [illegible] confidentiae mereatur, quaeſtio eſt. In hac [illegible] Auctor in altera opuſculi ſui doctiſſimi parte [illegible] patur. MESMERO ſequentia iure obiiciuntur:

1) tactum frequentem, continuum, in [illegible] regionibus corporis humani valde ſenſibilibus, [illegible] ctus ſenſibiles producere poſſe, ob mutationem [illegible] neruis productam, hinc quod magneticis influ[illegible] tributum eſt leuamen, tactui (forte calori [illegible] quodam inducto, forte et *frictioni*) adſcri[illegible] eſt. (Certum eſt, mulierculas neruis delicatis [illegible] rantes ſtatim leuari, inprimis ſpaſmis viſcerum [illegible] dominalium praeſentibus, calore artificiali [illegible] culo cordis admoto aut eo paululum compreſſo)

2) etc.

2) calorem ſanae manus in valde ſenſibilibus conuulſionibus laborantibus, modo maxime naturali, multa praeſtare.

3) multum etiam in ſenſibilibus apparatum medicinae applicandae, promiſſa, enthuſiaſmum, caet. valere. Poſſe adeo fieri, vt tonus neruorum tactus manus ope ad certas partes determinetur, hocque modo euacuationes, caet. producantur.

4) eos, qui magnetis ope morbos curant, criſes, hoc eſt, conuulſiuum ſtatum in valde ſenſibilibus ſubiectis tantum producere poſſe, inprimis in feminis, in quibus neruorum ſenſibilitas dictis modis iam ſuſcitata eſt.

5) mirum nullo modo eſſe, conuulſiones ab vno ſubiecto in alia propagari; ſi ſubiectum adſit, quod vere conuellitur, alii, exſpectatione eorum, quae ipſis futura ſunt, adiuuante pompoſo apparatu, facile conuelluntur. Non rarum eſſe, conuulſiones hoc modo in certis vrbibus epidemicas euaſiſſe. (Eodem modo et diabolicae obſeſſiones in vrbibus, monaſteriis, epidemicae factae ſunt).

6) quantum ad talium morborum curationes metus, laetitia, aut aliae paſſiones animi vehementes conferant, iuſto tempore iuſte motae, hiſtoriae teſtantur.

7) empiricos famoſos ſolo attactu, GASNERI exemplo, in variis hominibus effectus differentes, admodum notabiles produxiſſe, et tamen hos homines impoſtores fuiſſe.

8) magnetiſmi animalis fautores plus ad motus grauiores ſuſcitandos, vt ſpectatorum ſenſus percellantur, quam ad veram vtilitatem aegris ſuis adferendam, ſpectant.

9) morbos quosdam locales et MESMERUS magnetiſmo ſuo non curari poſſe adſerit; hinc ſuſpicio

cio naſcitur, huius methodi fautores hoc modo m
los rerum ſuarum ſucceſſus excuſare velle.

10) omnes, qui noſtris temporibus medi
vniuerſalem iactant, homines, modo non
do, fallunt.

11) Phaenomena, quae MESMERUS modo
occulto producit, omnia ex ſenſibilitatis negotio
plicari poſſunt.

12) Nec fidem ſyſtemati ſuo facit MESMERU
quod res ſuas tam occulte gerat.

Scripta tam copioſe in Gallia noſtris tem
bus edita magnetiſmo fauentia legentes, mirat
mus vehementer, enchireſin, iam ſaeculo
exploſam, noſtris temporibus tantam fidem
niſſe, vt metus iuſtus ſit, ne verae et rationa
dicinae detrimento magno, fabuloſa iterum
veris et ab hominibus lucrum ſuum quaer
ficta pro indubitatis habeantur. In magn
theoria et hiſtoriis curationum eo peractarum
multa occurrunt omni ſanae rationi aduerſa,
contraria, vt, qui, quam parum haec omn
morbos vere ſanandos valeant, non perſpicia
modum craſſae naris eſſe debeat.

XXVII.

ERNST GOTTFRIED BALDINGERS *neues Mag*
für Aerzte. Sechster Band. Leipzig, bey Iac
Erſtes bis ſechstes Stück. 1784. 572 Seiten.

i. e.

Nouum promtuarium in vſum medic
editum. Volumen VI.

Continentur in hoc volumine ſequentia:
Continuatio hiſtoriae morbi admodum
voluminis V. part. III. deſcriptae. Morbo,
doſi

doctiſſimus vir (KRÜNITZIUS, vir Illuſtris) laborat, pectoris dolor obtuſus eſt, in acutum tranſiens, dum Ill. vir pedibus progreditur, cum vomitu liquoris gaſtrici, dum ſtomachus vacuus eſt, alimentorum, dum plenus eſt, coniunctus. Morbus iam diutiſſime perdurauit. Anno 1782 pedum gangraena Ill. vir correptus eſt admodum periculoſa, ex laeſione externa orta. (Vt et noſtram de miro hoc morbo ſententiam feramus, infarctus pulmonum et forte vaſorum coronariorum cordis accuſandos eſſe putamus. Vidimus aliquoties morbos, huic, quem Ill. KRÜNITZIUS patitur, ſimillimos. Sanauimus quosdam morbo mitiori exiſtente, alii, in quibus diuturnius malum fuit, omnem operam medici, omnia medicamenta eluſerunt).

Continuatio indicis auctorum, qui de cortice Peruviano ſcripſerunt, BALDINGERO, V. Ill. auctore.

Index lectionum collegii medico-chirurgici Bero- p. 15.
linenſis.

Additamenta ad pharmacopoeam Edinburgenſem ab Ill. BALDINGERO editam, eodem V. Ill. Auctore. Verſatur Ill. vir in editione ſeparata additamentorum.

De inſtituto medico-chirurgico Bonnenſi. Bibliothecam Elector ſuppeditauit.

De quibusdam ad pharmacopoeos et officinas pharmaceuticas ſpectantibus. Taxatur inprimis mos Germanorum medicorum dona certis anni temporibus, inprimis ineunte anno, a pharmacopoeis exſpectantium, deſiderantium. Addidit et ſua Ill. editor vota vtique pia veraque.

Obſeruationes medicae, botanicae et oeconomicae, p. 41.
ERHARTO, V. Cl. auctore. Theae ſinicae loco Cl. vir folia liquidambrae ſtyraciſluae, pruni Mahaleb, hyperici prolifici, et vaccinii vitis ideae adhibet. Lactis coagulationi oleum tartari lacti adfuſum ante

coctio-

coctionem aduerſum eſt. — Cimices e lectis curiale vnguentum depellit. Ranunculus acris vaccis bonum et ſalutiferum alimentum praebet, nec non viſcum album. — Trichlocimum timum, heracleum ſphondylium, achillea lium, aegopodion podagraria, plantae olerac modum vtiles ſunt. — Sorbi torminalis fr mentatae acetarii boni ſaporem habent, nec campanula rapunculus, quae valerianae loco loco commode adhibetur. — Trifolium flexu *Lacqu.* bonum bobus alimentum praebet.

p. 52. *Obſeruationes quaedam*, auctore WORL Hydrophobiam vnguentum mercuriale auert

Hiſtoria abſceſſus abdominalis et lumbric fractorum. Abſceſſus a vi externa ortus eſt; fiſtula et hectica febris excepit. Putat Ill. herniam incarceratam primam morbo anſa diſſe.

Varia, auctore BÜCKING. Puellam tri menſtruatam vidit, menſes ſtato tempore, omi redierunt. (Similia et nos vidimus; ſed fluxum quis haec dicat?) Vidit et purpura cularem, febrem miliarem epidemicam, cas

De re in Ruſſia medica. Eam PETRUS ſtaurauit.

p. 73. *Caeſareae ſectionis hiſtoria*, auctore STA *V. Cl.*

Acuum e cute exciſarum hiſtoriae, auctore *V. Cl.* Eas omnes extus inferri putat, negat Ill. editor. (Extus illatarum exemplum et dimus).

p. 81. *Hiſtoria litteraria ſcriptorum, qui de aqu Geiſmarienſibus ſcripſerunt*, Ill. editore auctore

Finem parti faciunt catalogus natorum natorum Caſſellis, et anecdota varia.

Altera parte haec continentur:

Additamenta ad nouam pharmacopoeae Edinburgensis editionem continuata, Ill. editore auctore. Inferenda varia, delenda plura continent. p. 97.

Obseruationes botanicae, ERHARTO, V. Cl. auctore. Plurima ad plantarum species rectius definiendas, distinguendas continent.

EHRMANNI, Medici Francofurtensis, *aquarum Schwalheimensium descriptio*. Adfines admodum aquis Selteranis sunt, evaporatae pares cum iis partes constitutiuas habent, Selteranae tamen plus salis marini, Schwalheimenses plus ochrae martiatae continent, hinc et siti magis aduersae. Continent et Schwalheimenses aquae acidi vitriolici et aëris fixi maiorem partem, hinc pro aqua Selterana martiata habendae. Effectus salutiferos insignes habent, inprimis Selteranis remixtae.

Sylloge aquarum mineralium in terris Brunsuicensibus Luneburgensibus maxime notabilium, ERHARTO, V. Cl. auctore. Distinguit Cl. vir aquas in gasatas, sulphureas et salinas. Aquas, quae communem salem suppeditant, Cl. vir simul in vtilissima tractatione recensuit.

Obseruationes medicae, BRÜCKMANNO, V. Cl. auctore. Lacerta deuorata. Aeger insigni ciborum appetitu vexatus et rodente ventriculi dolore adfectus a vino copiose poto leuamen tantum sensit. (Lacertam vino inebriatam putat Auctor, sed fides penes eum sit). Tandem tabidus periit. Motus in cadaueris abdomine pulsans. Inciso abdomine viua in ventriculo lacerta inuenta est. Alius aeger ex lacerta cum aquis deglutita dolorem in ventriculo admodum molestum sensit, lacerta, multo praeterlapso tempore, vomitu arte citato eiecta euanidum. p. 140.

Historia morbi spasmodici violenti. Morbi initia fuere capitis, ventriculi dolor, cum visus momentanea p. 146.

tanea abolitione. Febrem gaſtricam exegit ve
triculi inflatio, eamque pedum, manuum, lingu
titubatio, oris diſtorſio. Appetitus ſummus. Ac
inprimis viis ſuſpicio. Oleo tartari dato comm
nes in adfectis partibus ſequutae ſunt, valer
extracti vſu vniuerſaliores factae. Leuamen mul
antiſpaſmodica medicamenta omnia, partem le
minis flores Zinci attulerunt. Anthelmintica
mum et minerales aquae morbum leuarunt. (E
runt medici aegrae in eo, quod in initiis morb
antiſpaſmodicis omnem ſalutis ſpem poſuerint,
glecta vera morbi cauſa, isque error in com
vis morbis omnibus admodum communis et
dum pernicioſus eſt).

De boum lue LEIDENFROSTII, V. Ill. ſ
tia. Cenſura libri eſt a Chirurgo Anglo r
editi.

Sequuntur formularum medicarum male c
binatarum praeſcriptarumque exempla plum
Editore congeſta.

SCHERFF, V. Cl. docet, pueros minſmate
phuloſo laborantes tuſſi conuulſiua aut non,
admodum benigna correptos fuiſſe.

Tertiae parti haec inſunt:

p. 194. *Varia*, auctore BÜCKING. Aphtharum or
ab acrimonia repetuntur, in pueris acida la
adultis bilioſa, putrida, caet. Periculum ap
rum a gangraena et ab interceptione vaſorum
ſorbentium pendet. Criticae admodum ben
eſſe debent. In adultis febris, cui adiunctae
curationi cedunt, non tamen negligenda fom
pica externa, inuoluentia, putredini aduerſa. C
tremorem cordis et articulorum Cl. viro exc
poſtea capitis dolorem diſſipauit, animum ale
magis reddidit.

Cl. BUCHOLZII ad editorem epiſtola *de ſcabie.* Sanauit Cl. vir fauſto cum ſucceſſu ſcabiem Roſenſteiniana methodo, ſulphuris interno et externo vſu. Poſtea IASSERI vnguentum adhibuit ſummo cum ſucceſſu, ita, vt et neglecta corporis munditie curatio ſuccederet. (Lauri baccas vnguento nos non addimus, miras autem et ſubitaneas curationes eo perfecimus, integris ſubinde familiis trium hebdomadum ſpatio ſanitati reſtitutis. Saepe vnguentum pedum plantis adplicandum fuit, ob ſcabiei exanthemata in pedibus pertinaciter reſidua. Vnico tantum exemplo, in quo tamen negligentiae plurima tribuenda fuere, malum rebellius vnguento internoque puluerum vſui pertinaciter obſtitit. Mala ſymptomata nulla in perſanatis obſeruauimus) p. 217.

Hiſtoria morbi, quo virgo laborauit, anonymo auctore. Ventriculi dolorem tactu externo citatum flendi deſiderium excepit. Poſt variolas benignas ſuperatas capitis dolor, anxietas, ventriculi dolor. Morbus a medico pro febre intermittente erratica habitus. Dolor a cordis ſcrobe ad vmbilicum protenſus, intenſiſſimus, eiulatus citans. Morbus pro verminoſo a medico habitus, purgantia ad taeniam pellendam data. Extremorum frigus, ſumma anxietas, punctorius in digitis ſenſus oborta ſunt. Scarlatina febre intenſa admodum ſuperata, praegreſſo ſummo moerore, in intenſiſſimum capitis dolorem cum conuulſionibus articulorum incidit. — Annotata Ill. editoris lectu digniſſima ſunt.

De corticibus cortici Peruuiano ſubſtituendis. Iure notatur, GÜNZIUM in Germania primum de ſalicis cortice cortici Peruuiano ſubſtituendo egiſſe. p. 227

De his, quae in Pomeraniae parte, quae Regis Sueciae ditioni ſubdita eſt, circa rem medicam nouiter geſta ſunt. Clericis mandatum eſt, vt quouis menſe

ſyllogen mortuorum, aetatis et morborum, quibus mortui ſunt, conficiant. (Sed quis morbos exacte indicet clerico, talium rerum ignaro? Vidi errores in talibus rebus ſummos).

p. 243. *Operis ſui ornithologici mutati ſtiagraphiam* MERREM, V. Cl. exhibet.

p. 250. *De ſimplicium medicamentorum pretio et taxi pharmaceuticis inſtruendis*, auctore MOENCH, V. Cl. Fixari taxas non poſſe ex pretiorum diuerſitate probatur. Serpentariae radix anno 1773 3 thaleris, anno 1779 25 thaleris conſtitit.

Scriptores de aquis ſoteriis Dorf Geiſmarienſibus, Ill. BALDINGERO *auctore.*

p. 263. *Varia.* ERHARTUS, V. Cl. botanicum iter inſtituit in terris Hannoueranis. Vidit, plantarum variarum oeconomicarum cultum negligi, animalium cadauera vbique inſepulta putreſcere, canum copiam reſtringendam, phyſicorum prouincialium, nec non calendarii bene inſtructi, defectum, noxiam lini in aquis macerationem, caet.

Sequuntur *formulae medicamentorum* malae notae, cum annotationibus Ill. BALDINGERI.

De puerorum epidemicis morbis anno 1784 *graſſantibus* WALDSCHMIEDII epiſtola. Morbillos facile pueri ſuperarunt, ſcarlatinam et miliarem febrem non aeque.

p. 277. *Hiſtoria conuulſiui morbi*, anonymo medico auctore. Debilitas et laſſitudo inſignis morbum praeceſſerunt. Spaſmi ſummi, maxime varii, linguae aegra, morbi caeterum cauſa penitus incognita. Intermiſerunt diriſſimi ſpaſmi, dum a medicamentorum vſu aegra deſiſteret.

Quartae parti haec inſunt:

p. 290. *Tractationes quaedam*, auctore ERHART, V. Cl. Aſcarides gratiolae puluis depulit. Semina [illegible] ob efficaciam commendantur, nec non gentianae alb[illegible]

albae radices. — Examinandum eſt ſambuci roob, num in aeneo vaſe coctum ſit. — Commendantur tanacetum vulgare, artemiſia maritima, arnica montana, achillea nobilis, myrica gale. — Nouum plantae genus RÜLINGIAE nomine deſcribitur, aliudque BERKHEYAE. — Ad pharmacopolia et pharmacopoeos pertinentia pia vota. Vt priuilegia pharmaceutica pecunia non redimantur, vt pharmaceuticae merces a publicis ſumtibus, vectigalibus, caet. liberentur, vt pharmacopolae et *prouiſores* officinarum pharmaceuticarum diligenter examinentur, vt medici medicinas non ipſi diſpenſent, vt medicamentorum pretium omni modo minuatur, caet.

Continuatio hiſtoriae morbi, quo KRÜNITZIUS, *vir Ill. laborat*, ex epiſtola Ill. viri ad editorem data. Morbus a moerore origines duxiſſe videtur. Pectus ab omni labe liberum fuit; attamen Ill. vir XVIII. aetatis anno haemoptyſi ex haemorrhoidibus interceptis laborauit. (Certe non eſt, quod ſententiam noſtram de infarctibus in epigaſtrica regione et pectore mutemus!) Materiam peregrinam in ventriculo latere putat HOEPFNERUS, et morbum emeticis depellendum, cocta materie, ſuadet; ſed haec, licet ſatis commode dicta ſint, certe vana erunt, forte nociua.

Obſeruationes botanicae, ERHARTO auctore. Incongruo modo cum botanicis meritiſſimis cauillatur, quorum ſi corrigenda eſſent dogmata, modeſtiore ſermone fieri debuiſſet.

Continuatio indicis ſcriptorum de cortice Peruviano.

Lithopaedii hiſtoria, ex SCHLEGELII, V. Cl. epiſtola ad editorem. Inciſum feminae per ſex annos grauidae cadauer foetum in abdominis cauo exhibuit membrana cartilaginea circumdatum. Partes genitales cadaueris internae omnis labis expertes. p. 349.

Cerebri vulnus exile lethale. Parum abſ[unt] matis vulnus cerebri ſubſtantiae partem magnam conſumſit.

Epilepſiae hiſtoria. Morbus a corpore ſaltatione durante nimis exaeſtuato obortus eſt. Per[manet] per ſex annos. Medicamenta varia admodum, maxima copia adhibita ſunt. Quaeſtio mouetur de vlterius adhibendis medicamentis.

p. 358. *Vteri hydrops.* Inciſo cadauere vterus, omnia gangraenoſa, ſumme exulcerata, tam putrida, vt cognoſci non poſſent.

Morbi cuiusdam hiſtoria. Acido ſpontaneo [la]ger laborat. Acida omnia, ſanguis adeo.

Formulae medicorum inconcinnae.

p. 368. *De morbis vere et anni* 1783 *decurſis, ac vere anni* 1784 *graſſantibus* ACKERMANNI *obſeruationes.* Aeſtas anni 1783 ſicciſſima, calidiſſima, fruges, olera defecerunt, ſolani tuberoſi partim gna ſingulari morbo corrupta. Acetaria omnia poma, pruna copioſa fuere. Sudores hominum profuſiſſimi, cauſae morborum aeſtiuorum vix obuiae, morbi tamen rariſſimi. Cauſam [to]verſae ſanitatis in nebuloſo aëre. Auctor ponit, cum autumnum hyems gelidiſſima excepit. Nix in vrbibus et vicis a ventis cumulatae, foraminibus, morae diuturnitate impraegnatae. Pauperum egeſtas, non ob frumenti, ſed ob aquarum, alendas fruges neceſſariarum, defectum. Acer frigus ſummum, carnium caritas, vita ſedentaria maxime, ob caritatem rerum ad vitam ſuſtentandam neceſſariarum omnium, continuata.

In quinta parte haec continentur:

p. 385. *Continuatio obſeruationum* ACKERMANNI *de morbis annorum* 1783 et 1784. Exeunte anno, puerperae admodum male ſe habuerunt. Febres rarunt puerperali, euacuantibus leniori[bus]

que medicinis tonum vaſorum inſtaurantibus feliciter ſanata. Mortua tamen puerpera eſt male ab agyrta tractata ex metaſtaſi materiae peregrinae ad pulmones. Alia ſpaſmis violentiſſimis adfecta, ex ſcisſo forte ſanguifero vaſe in abdomine, aliaque lactantium phthiſi a chirurgo, qui miliaria ſuſpicabatur, male tractata, obiit. Ineunte anno 1784 in vicinis locis tuſſis conuulſiua graſſari coepit, primum omni modo, vereque catarrhalis, et ſuetis ad catarrhum medicinis cedens, ſed Martio menſe ineunte in conuulſiuam degenerans. Catarrhalis tuſſis tranſitum Cl. vir, et in progreſſu epidemiae, in conuulſiuam ſaepius obſeruauit. Vniuerſam vrbem ſubito tuſſis peruaſit, nec vigeſima pars puerorum ab ea libera manſit. Dum exeunte Aprili bilioſa epidemia graſſaretur, illi dolor colicus ſummus, aeſtus vrens adiuncta fuerunt. Leuarunt tunc morbum purgantia lenia bili aduerſa. Lethalis pluribus conuulſiua tuſſis fuit, ſed valetudinariis maxime, atrophia laborantibus, prae aliis autem his, in quibus, tuſſi correptis, ex dentium difficultate conuulſiones natae ſunt. Maio menſe tuſſis penitus ſiluit.

In ipſis conuulſiuae tuſſis originibus icterus in grauida obortus eſt, rarus in terris Zeulenrodanis admodum alias morbus. Martio menſe idem morbus viros inuaſit ſaniſſimos quosdam, tartari cremore et emeticis ſanatus. Poſtea admodum inualuit morbus, ita, vt aegri decem et plures auxilium Cl. viri ſaepius coniunctim implorarent. Liberi manſere a morbo omnes, qui XV aetatis annum nondum attigerant. — Dum morbus iam admodum populariter graſſaretur, diarrhoea copioſiſſima aquoſa bilioſa plures aegros corripuit, morbum protrahens, emeticis ſananda. Caetera ictero adiuncta ſymptomata omnia bilis in primis viis copioſiſſimae

indicia dederunt. Diarrhoea poſtea et puoros corripuit.

Sequitur tuſſis conuulſiuae exacta magis hiſtoria. Morbus ex catarrhali tuſſi in initiis manifeſta ortus eſt, tantopere ſaepe cum eo complicatus, vt veram conuulſiuam tuſſim ſaepe Cl. Auctor in initiis, per aliquot dies, pro catarrhali haberet. Nos verum de conuulſiuae tuſſis praeſentia iudicium ferri potuit, niſi morbo per aliquot dies iam perdurante. Symptomata, quibus haec tuſſis vere cognoſcitur, et ab aliis ſpeciebus diſtinguitur, accurate recenſentur. Inſultus morbi, dum pueri ad eos attendunt, ſaepe praefocantur. Vidit Noſter in puella hanc tuſſim ſemper praefocatam, dum modo adeſſet. Inſultus vtplurimum ab accedente externa cauſa determinantur, ſubinde a ſternutatione, quam cum hac tuſſi copioſiſſime coniunctam Noſter vidit.

Exanthemata in capite, in tuſſis progreſſu copioſe erumpunt, miliaria, ab humoribus ad caput delatis pendentia, ſymptomatica, morbum non leuantia. Vidit Noſter et exanthemata in vniuerſo corpore ſuppurantia, variolas ſpurias referentia, ſed et haec critica non fuerunt. Omnes efflorescentiae cum maculis variis in facie erumpentibus, haemorrhagiis narium, oris, faucium, caet. communes origines habent.

Varia admodum morbi duratio eſt. Qui nullis medicinas ſumſerunt, per quatuor hebdomades vt plurimum aegrotarunt, qui nociuis vſi ſunt, relaxantibus, aut vaſorum conſtrictionem in pulmonibus producentibus, longius aegrotarunt. Facillime morbus, a quacunque cauſa, recrudeſcit. Inducit hernias, aſthmata, reſpirationem difficilem, cum corporis colliquatione quadam lichene Islandico cum lacte dato ſanandam, articulorum inferiorum paraly-

paralyſin, caet. — Pluribus, vt iam dictum eſt, lethalis fuit, his potiſſimum, qui omnia auxilia neglexerant. Quidam ſubito ſuffocati ſunt, ex ſpiritu intercepto, apoplecticorum more. In mortuis plurimi fuere obſtructionibus viſcerum infimi ventris, atrophia, cachexia, glutine ſpontaneo, rachitide laborantes. Hos ante mortem conuulſiones a tuſſi excitatae corripuerunt. Quarta aut quinta eorum pars mortua eſt, qui dentitionis difficilis ſymptomatibus durante hac tuſſi correpti ſunt. Nullus cutaneus morbus morbum leuauit, nec conſtitutioni cuidam particulari tuſſis pepercit. Magis tamen et grauius laborarunt, in quorum pulmonibus antiqua labes phthiſica latebat, craſſi, ſucculenti, qui in cibo aſſumendo et eligendo nullum ordinem ſeruabant. Hinc pauperrimorum liberi diutiſſime aegrotarunt vtplurimum. Protraxerunt morbum remedia omnia ſic dicta pectoralia, relaxantia.

Vix putat Cl. Auctor tuſſim conuulſiuam morbum *ex proprio et priuato genere* conſtituere, qui proprio ſibi veneno producatur; morbus enim manifeſte ex tuſſis catarrhalis tranſitu ortus fuerat, invalueratque eodem plane modo, quo in adultis infimi ventris viſcera a bile adfecta ſunt. Videtur itaque adultos et pueros communis morbifica cauſa affeciſſe, determinatam actionem in vtrisque inducens. Nec vt morbus ex proprio et priuato genere lues propagata eſt. Contagium morbi Zeulenrodam non peruenit, nec Zeulenrodae a ſubiecto in ſubiectum propagatum eſt, quum praeterlapſis ad ſummum duobus hebdomadibus morbus iam latiſſime graſſaretur, qui mos vere contagioſis morbis proprius non eſt, ſed morbis potius, quorum origines in aëre latent, epidemicis. Nullum praeterea miaſmatis ſpecifici indicium morbi decurſus

et ſanatio ſuppeditant. Nocent omnia, quae viſcidum et acrimoniam augent. — Bis hac tuſſi corruptos plures Cl. vir vidit.

Morbi curatio ſemper difficilis eſt, partim ob relaxantium vſum, quem plebs maxime amat, partim et ob parcam bonorum medicamentorum efficaciam, qua vulgus facile ad empirica medicamenta adhibenda inducitur. In glutine in ventriculo haerente euacuando curatio princeps ſita eſt; ſed hoc gluten praeparandum ad euacuationem eſt. In his, qui ſolida tenſa et multum ſanguinem habuere, ſalia media profuere, in cachecticis ſquilla, kermes minerale, et radicum graminis decoctio. Emeſin tartarus vomitorius efficaciter concitauit, vomitu ſuperato parca doſi continuandus. Recrudeſcente iterum inſultuum vi, eadem methodus iterum adhibenda fuit. Superato vomitu medicamentum ex ſulphure antimonii aurato et ſquillae puluere cum melle, aut tartari oleum profuit. Profuere et admodum balnea, anthelminticaque, vermibus praeſentibus.

Si ſub horum remediorum omnium vſu tuſſis rebellior perſtabat, quod vero raro accidit, ad antiſpaſmodica Cl. vir confugit. Tuſſim manifeſto auxit moſchus. Caſtoreum et foetidam aſam aegri recuſarunt. Plura cortex Peruuianus praeſtitit, adhibendus praemiſſis reſoluentibus, emeticis, et tuſſi iam aliquo modo remiſſiore exiſtente. — Ad conuulſiones cum tuſſi coniunctas clyſteres maxime valuerunt. In quibusdam caſibus et cornu cerui ſuccinatus liquor bonos effectus edidit. (notandus hic error typographicus *Durchlauf der Zaehne*, loco *Durchbruch*.)

p. 429. *Obſeruationes de febre bilioſa epidemica Ratisbonenſi*, ex litteris SCHAEFFERI, ad WITTWERUM, datis. Intercepta imprudenter diarrhoea bilioſa,

biliosa, quae plures inuadebat, febris biliosa intensa oborta est. In omnibus morbis bilis materiali causae admixta fuit. Vaenesectionem hi morbi non tulerunt. (In sale Sedlizensi admodum copiosus Cl. Auctor ad curationem est; sed hunc salem aegri biliosa febre laborantes non ferunt, inprimis putredinis metu imminente; putredinem enim auget).

Mortis filii sui et Osanni, viri quondam Cl. mentionem Ill. Editor facit. Dolemus filii sortem pulmonali phthisi exstincti, qui medici boni doctique firmam spem dabat, cuique nec ingenium, nec opportunitas deerat, nec non OSANNI mortem, viri in bonis litteris versatissimi, medici doctissimi, expertissimi, summi animi candoris, vere pii, qui acutissimo suo ingenio multifariaque doctrina multa praestare potuisset, nisi Deus illum, iuuenem, e medio sustulisset. Os a lacrymis temperare non possumus, amicitiam, omnis fuci expertem, integerrimam, quo nos beatus vir prosequutus ad mortem vsque est, animo nostro cogitantes. p. 438.

Historia morbi et incisio cadaueris Dn. de BARDELEBEN, *Gubernatoris Casselani.* In vreterum et renum regione calculi. In vesica vrinaria calculi, in eius finibus pus vomica inclusum. Dolores passus fuerat Ill. vir in sinistro rene, extracto absynthii cum aqua soluto leuatus. Morbus ex podagra, haemorrhoidibus anomalis compositus. Vrina postea intercepta, sopore praeternaturali captus periit.

De institutis publicis obstetriciis Argentoratensibus.

Continuatio indicis scriptorum de cortice Peruviano, Ill. editore auctore.

Cadaueris incisio, auctore Cl° GISECKEN. Monstrosa puella fuit partu recens enixa. Defuit ossis frontis conuexitas, penitus ossa bregmatis et p. 462.

ossa occipitis defuere. Collum defuit. Cerebrum meningibus tectum.

Continuatio historiae morbi parte promtuarii tertia enarratae. Aquae Pyrmontanae aegram inprimis leuarunt.

De vnguento ad scabiem Iasseriano, WAITZIO, *V. Cl.* auctore. Semper cum insigni effectu vnguentum Cl. vir adhibuit, recruduit tamen in quibusdam morbus.

Morbi historia. Vteri hydrops est, cum ouarii dextri scirrhosa induratione. Vidit Ill. editor steatoma ouarii dextri pondere XXIII librarum.

Sequuntur varia et anecdota.

Sextae parti haec insunt:

p. 481. *De morbis vere et anno* 1783 *et vere* 1784 *obseruatis* ACKERMANNI obseruationum continuatio. De ictero agitur. Is origines duxit, dum aegri de sordibus primarum viarum diu iam conquesti essent, aut a diarrhoea aquosa — biliosa, aut a profusione alia quadam nimia inductus est. Rebellis non fuit. In puerpera neglectus in hydropem anasarca transiit, tartari cremore sanatum (ex anomalia biliosoputridae febris eadem hodie obseruamus). Alia gravida debilisque mulier omnium difficillime aegrotauit, superauit tamen facile partus labores et postea morbum. Sanatio morbi in euacuando penitus constitit, pro re tamen nata euacuantia fortiora, mitiora, adhibenda fuere, inprimis ex antibiliosorum classe.

De animalium corporum crassitie praeternaturali a potibus spirituosis inducta, anonymo auctore. Praemissis quibusdam ad actionem spiritus vini spectantibus, inprimis eam, qua glandulas obstruit coagulatque, casus enarratur a DIPPELIO visus hominis, qui se vsu spiritus menthae tam obesum reddiderat, vt spiritus ipsi interciperetur.

De

De elixirio acido DIPPELII inuento hiſtoria. Arcana medicina chirurgi Dani, *Staal*, fuit, a *Dippelio* detecta.

Cl. MEIERI epiſtola ad editorem cum excerptis quibusdam ex autographis MEIBOMII. Praedixit ludimagiſter agyrta medicamentum, quod aegro aſthmatico dabat, delirium XVI horarum excitaturum. Aeger vero in delirio mortuus eſt. Medicamentum ex mandragorae radice conſtitit. Mandragoram lethale hoc delirium induxiſſe et mortem a faculatate medica Helmſtadienſi deciſum eſt.

MULLERI V. Cl. *obſeruationes de cantharidum vſu externo in ſymptomatibus, ad quae hactenus vix adhibitae ſunt.* Veſicatoria cruribus impoſita ad dolores aliaque abdominalia ſymptomata vehementiora praeclare valuerunt. Egregios effectus praeſtiterunt in inteſtinorum inflammatione, cardialgia, colica. p. 517.

Hiſtoria deglutitionis difficilis, anonymo auctore. Difficultas deglutitionis ſine omni cauſa manifeſta, externa aegrum inuaſit. Nullum a medicamentis copioſiſſime datis leuamen. Addidit plura Ill. editor caſum illuſtrantia, ex probatiſſimis auctoribus.

De noxis ex aegrorum viſitatione, BICKERO, V. Cl. auctore. Viſitationes illas copioſas Cl. vir taxat, anicularum, eorum omnium, qui conſilio ſuo aegrorum ſtatum turbant, copioſas, aërem inficientes, caet. Earum noxas exemplis probat. p. 538.

De noſocomio generali Vindobonenſi, ex ephemeridibus realibus Vindobonenſibus. p. 544.

Sectiones medicae Profeſſorum academiae Lugduno-Batauae.

Excerpta ex ANDR. OTTOM. GOELICKE *diſſ. de encpurdo carcinomatis auerruncо.* Francof. 1739.

Finem volumini faciunt anecdota.

XXVIII.

XXVIII.

Seltene chirurgiſche und mediciniſche Vorfaelle, beobachtet von CARL LUDWIG SCHMALZ, *der H. G. D.* (*zu Pirna*) *Leipzig, bey Iacobaeer* 1784. *in* 8*vo.* 239 *pagg.* c. II. tabulis aen. quarum altera mammam informem magnitudine, altera chirurgicam ligaturam ad patellam fractam exprimit.

i. e.

Caſus chirurgici et medici rari, obſeruati a CAR. LUDW. SCHMALZ.

Vtilis collectio eſt, caſus continens admodum rares quosdam et notabiles.

Obſ. I. *ouarium monſtroſum pro foetu habitum.* Abdomen admodum tumidum, mammae lacte turgidae fuerunt. Motum in abdomine, tanquam a foetu, aegra percepit. Inciſo cadauere, ouarium hydropicum, ſteatomatoſum, inuentum eſt.

Obſ. II. *de ouario indurato cum abdominis hydrope.*

Obſ. III. *hydrops cum grauiditate complicatus.* Partum excepit aquarum copioſiſſimum profluvium. Incidentibus roborantibusque aegra reſtituta eſt.

Obſ. IV. *amauroſis poſt praematurum partum oborta.* Morbus ex materiae lochialis metaſtaſi ortus, et deriuantibus, reſoluentibus ſanatus eſt.

Obſ. V. *grauiditas VII. annorum.* Mulier iam antea XIII. anno matrimonii domum grauida facta eſt. Motus foetus vsque ad partus tempus perceptus. Partus dolores per IV. hebdomades cum maximo in ſcrobiculi cordis regione dolore perturarunt. Sanies glutinoſa ex vtero per anum profluxit.

fluxit. Diſcuſſus tandem abdominis tumor eſt; remanſit durities infantile caput referens in infima abdominis parte. Poſtea fluxus menſtruus reſtitutus eſt, ſanaque perfecte omnia. Quinque annis praeterlapſis febricula putrida cum corporis colliquatione oborta eſt, poſteaque torminibus intenſiſſimis praegreſſis oſſicula per anum deceſſerunt. Hae accidentiae per XVIII. hebdomades cum ſumma corporis colliquatione perdurarunt. Rediere tandem carnes viresque aegrae ſine vllis medicinis penitus reſtitutae, bene menſtruatae.

Obſ. VI. *vagina vteri recluſa.* Inciſa membrana humoris rubelli, odoris expertis, librae XII. deceſſerunt.

Obſ. VII. *puer atretus.* Incidendus anus ad tres fere pollices fuit. Tandem faeces cum ſalute pueri exiere. (In ſimili caſu inciſione admodum alta nil profecimus; puer mortuus eſt.)

Obſ. VIII. *hernia ſcrotalis cum ſcroto gangraenoſo.*

Obſ. IX. *Oeſophagi paralyſis.* Mors ob tranſitum alimentis denegatum ſequuta. Inciſo cadavere hepar et fellea veſicula admodum magna; oeſophagus patulus, dilatatus. Morbo origines labores alchymici dediſſe videntur.

Obſ. XIII. *aneuriſma poſt venaeſectionem in brachio.* Compreſſione, methodo THEDENII, V. Ill. ſanatum eſt.

Obſ. XV. *Mamma indurata XXX librarum cultro feliciter reſciſſa.*

Obſ. XVI. *mamma cum glandulis axillaribus induratis reſciſſa.* Tabida virgo cum diſpoſitione ad cancrum nata poſtea, ex interno certe cancro obiit. Vnicum ſcirrhorum praeſidium, ex Noſtri mente, operatio eſt. Nec vnquam rediit morbus, dum indolentes ab externa cauſa orti eſſent, axillaribus glandulis

glandulis inprimis non tumentibus, nec glandulis *Meibomii* in oculo inflammatis. Medicinae ad cancrum celebratiſſimae, cicuta, belladonna, a Nostro adhibitae, nil profecerunt ad cancrum; dauci pulv foetorem emendauit.

Obſ. XVII. *cancer ad tempus arſenico ſanatus.* Arſenico ad modum Cl. le FEBURE interne et externe adhibito cancer penitus ſanatus eſt, rediit vero poſtea in muliere, moerore grauiſſimo continuo adfecta.

Obſ. XVIII. *Melancholia belladonnae vſu ſanata.* Sequens obſeruatio cancri hiſtoriam continet, qui certe cancer non fuit.

Obſ. XXI. *gangraena ſenilis ex interna cauſa.* Appetitum reſtituit, ſeparationem morbidi a ſano accelerauit, morbum ſanauit opium. Noxas inhibuit cortex Peruuianus manifeſtas.

Obſ. XXII. *vlcus cancroſum in abdomine poſt dyſenteriam.* Sedem exulcerationi duplicatura peritonaei praebuit. Adfecta ſimul inteſtina, vterus, fauces.

Obſ. XXIV. *vlcus in abdomine ſciſſum; ileon inteſtinum praeter naturam anguſtatum.* Sequens obſeruatio vlceris in abdomine hiſtoriam continet, per per vmbilicum exeunte.

Obſ. XXVII. *Pulmonum vlcus radicis polygalae amarae decoctione ſanatum.* Multum ad pectoris exulcerationes valuit haec radix, vlceribus non nimis antiquis exiſtentibus. Vlcus pulmonum in cancrum cum corporis colliquatione cucumerum ſuccus ſanauit.

Obſ. XXIX. *ptyaliſmus poſt febrem putridam per ſeptem hebdomades perdurans.*

Obſ. XXX. *Morbi varioloſi putridiſſimi hiſtoria.* Omnia paene colatoria in virgine variolis nigricantibus adfecta ſanguinem putridum, ſolutum, deferunt. Sequitur inſitionis defenſio.

Obſ.

Obſ. XXXI. *ſpaſmi diuturni, excruciantes in virgine aſa demum foetida et camphora ſanati.* Vteri infarctus adfuerunt, poſtea podagricis doloribus, a contagioſa podagra adfecta eſt. Poſt neruoſam febrem ſummus articulorum dolor, contractio, ſpaſmi ſuffocantes, ſaepiſſime per diem recurrentes. Spaſmi corpus ſubinde tantopere extenderunt, vt corporis proceritas ad quartam vlnae partem augeretur. Spaſmi miri admodum inſoliti miſerrimam aegram per tres annos continua fere ſerie exercuerunt. Minuit opium ſymptomata; ob conſuetudinem vero medicamenti XXVI opii grana ad ſomnum conciliandum neceſſaria fuere. Camphora demum, doſi per gradus aucta, vt omni die quater drachmam ſumeret, inſultus ſedauit penitus. Camphora tam enormi doſi data inſoliti nil, praeter deliramenta quaedam, induxit. Imminuta vsque ad ſcrupulum camphorae doſi, diaphragmatis ſpaſmus ſonitum, talem perfecte referentem, quem palumbi edunt, extorſit. Aſa foetida tandem morbus perfecte ſanatus eſt.

Obſ. XXXII. *Oſteoſteatoma in capite.* Morbus lethalis fuit.

Obſ. XXXIII. *Polypoſum intra caluariam concrementum.* Oculus protuberans; viſus in eo imminutus, poſtea ſublatus. In altero oculo poſtea amauroſis. Apoplectica mortua eſt aegra. Cadavere inciſo, tumor polypoſus in Zygomatica fouea inuentus eſt, ad fiſſuram orbitalem ſuperiorem progrediens, fiſſuram ſpheno-maxillarem transiens oſſaque palatina ex naturali ſuo ſitu extorquens. Pars polypi foramen nerui optici transiit, foueas baſeos caluariae expleuit, nouum ramum formans, vsque ad foſſam glandulae pituitariae progredientem. Ramus ab hoc polypo propagatus et alterius orbitae foramen opticum transiit. Naturam

polypus

polypus nec membranaceam, nec carneam, nec fibroſam habuit. Natus ex perioſtei humore videtur. Sana caeterum omnia.

Obſ. XXXIV. *hydrops in genu periodicus.* Ab herpete repulſo nata aquarum collectio per quatuor dies creuit, per alios quatuor dies decreuit, demum per alios quatuor dies euanuit, vt omni die XII nouus morbi paroxyſmus ingrueret. Morbus admodum rebellis. Aegra quernarum glandium toſtarum decoctione reſtituta.

Obſ. XXXV. *Lues venerea lactenti puero a nutrice et matri a puero communicata.* Haec ſaepius accidere ſolent.

Obſ. XXXVIII. *Hydrops diuturnus.* Hepar indu duratum ab arſenico, quo febris intermittens pro focata fuerat. Inciſo cadauere, ſacci aqua re plures, ſteatomata plurima in omnibus fere, vi ribus reperta ſunt.

Obſ. XXXIX. *Melancholia extracto ſtram ſanata.*

Obſ. XLI. *Symptomata ab acu deglutita.* A ad os ventriculi ſuperius haeſit, ibique exulce tionem, grauibus ſymptomatibus ſtipatam, indu Ea in ventriculum delapſa, ſanatus aeger ſtatim

Obſ. XLVI. et ſeqq. *de taenia.* Eam depu efficaciter ſucci herbarum amararum recent preſſi, et purgans medicina poſt eorum vſum ſtica data.

Obſ. L. *gangraena ſenilis in pedis digito ſanata.*

Additae libro ſunt ſectionum iudicialium bi riae tres.

XXIX.

Noua phyſico-medica.

Academia ſcientiarum et humaniorum litterarum *Berolinenſis* in conſeſſu publico, quem ſecundo Iunii die habuit, praemia quaeſtionibus propoſitis diſtributura, haec indicauit: quum ad quaeſtionem de theoria fermentationis *) nulla votis Academiae ſatisfaciens tractatio ad eam miſſa ſit, eandem denuo in annum 1786 prorogauit, atque iterum omnes rei peritos inuitat, ut experimenta idonea, quaeſtionem perfecte illuſtrantia, ſecum communicent.

Ad quaeſtionem autem ex legato Elleriano propoſitam, quae plantas inutiles, Zizaniorum nomine cognitas, concernit **), ille tractatus optimus iudice Academia habitus eſt, cui ſymbolum appoſitum erat: *Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius.* Aperta ſchedula, auctor eiusdem inuentus eſt, Cl. SEBALDUS IUSTINUS BRUGMANNS, isque praemio 25 nummorum aureorum valore condecoratus eſt. Alia tractatio cum epigrapho: *Interque nitentia culta Infelix lolium et ſterilis dominantur auena*, priori proxime accedens, omni laude ab academia digna iudicata eſt.

In ſequentem annum academia ex legato Elleriano propoſuit, vt diſquiratur, *quibusnam commodis ratio pecora in ſtabulis nutriendi, ſolemni paſcendi modo praeferenda ſit, vel quaenam eiusdem ſint incommoda?* Vberius de hac ipſa quaeſtione Academia ſingulari programmate eſt propoſitura.

Regia Societas medica *Pariſina* in conſeſſu publico, die 15 menſis Februarii anni 1785 habito, praemium

*) vid. comment. noſtr. ſupra pag. 170.
**) vide ibidem.

praemium 600 librarum gallicarum, quod optimae enodationi quaeſtionis die 12 Martii, anni 178[illegible] propoſitae, atque *naturam morborum, vere contagioſorum*, concernentis *) decreuerat, nullam tractationem in oblatis ſatis dignam praemio inuenit. Optima tamen viſa eſt phraſi ſequenti ornata: *contagioſum virus non cum natura natum eſt.* Iterum itaque huic quaeſtioni, ſupra dicto loco a nobis recitatae, pretium monetae aureae 800 librarum Gallicarum ſtatuitur; optatque ſocietas, vt tractationes potiſſimum ad capita attendant, qui ad eam reſpondebunt: 1) diſtinctionem abſolute neceſſariam morborum contagioſorum et non contagioſorum, cuius diſſertationum ſocietati transmiſſarum auctores penitus obliti fuerant. 2) viarum communicationis principii contagioſi, organorumque, in quae contagioſum virus primum agit, exactam definitionem. 3) ea omnia, quae a magiſtratu ad contagium hominum, locorum, caet. arcendum, minuendum agenda ſunt. Praemium et iis ſtatuetur, promotum, qui quaeſtionis partem tantum enodauerint ſumtibus ad id ſuppeditante Illuſtriſſimo [illegible]. Diſtribuetur pretium digniſſimo in conſeſſu ſocietatis feſto S. Ludouici die anno 1787. Diſſertationes ſocietati ante primum Maii diem anni 178[illegible] transmittendae ſunt.

Praemium eadem Societas quaeſtioni decreuerat: *antiſcorbuticarum medicinarum ex cruciferarum claſſe natura per analyſin chemicam determinanda*, [illegible] deſideriis ſocietatis non ſatisfecerunt tractationes ipſi transmiſſae. Aliquid tamen praeſtitum fuit a duabus diſſertationibus, quae analyſes chemicas diligentes et copioſa experimenta ſuccincte tradi continuerunt. Alterius tractationis auctor [illegible]

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 340.

Cl. GUERET, Pharmacopoeus Argentinenſis, alterius autem Cl. TINGRY, collegii pharmaceutici membrum et ſocietatis artium Geneuenſis ſodalis, demonſtrator chemiae et hiſtoriae naturalis mineralogicae, ſocietatis naturae ſcrutatorum Berolinenſium et academiae Regiae Taurinenſis ſocius. Inter hos pretium 300 librarum Gallicarum diuiſum eſt.

In publico conſeſſu die 26 Auguſti ann. 1783 et d. 31 Auguſti ann. 1784 auctoribus, qui quaeſtionem ſoluerent, *num acutus ſcorbutus exſiſtat*, ſocietas praemium decreuerat. Diſſertatio a GOQUELIN, Doctore medico, ipſi transmiſſa ſatis bona ipſi viſa eſt, eamque ob cauſſam decreuit, vt honorifica eius in hoc conſeſſu mentio fieret.

Reuerendus Pater COTTE ob obſeruationes meteorologicas numeroſiſſimas, quas Societas ab iis accipit, quae illi a litteris ſunt, praemium monetae aureae 100 librarum, in gratiarum ſuarum teſtimonium, dedit.

Ob topographias medicinales bene conſcriptas praemium accepit Cl. GUYELAND, praemio proxime acceſſit DIDELOT, Medicinae Doctor. Praemia inſuper decreta ſunt Cl° RAMEL, Doctori medico, ob diſſertationem conſcriptam de morbis in quibusdam Africae coloniis Gallis admodum frequentibus; Cl° JACQUINELLE, chirurgo militari, ob diſſertationes de calculis inteſtinalibus hominum et equorum et de gangraena humida noſocomiorum conſcriptas; Cl° LEFEBURE DESHAYES, ob diſſertationem de nigritis albis et aliam conſcriptam.

Sequentem deinde eodem in conſeſſu propoſuit ſocietas quaeſtionem: quum admodum rara varii lactis, quod in medicina adhibetur, cognitio ſit, ſocietas praemium 600 librarum gallicarum decreuit illi, qui comparatis diligenti examine pro-

prietatibus phyſicis et chemicis lactis humani, vaccini, caprini, aſinini, ouini et equini naturam determinaret. (*Determiner par l'examen comparé des propriétés phyſiques et chymiques la nature des laits de Femme, de vache, de chevre, d'aneſſe, de brebis, de jument.*)

Analyſis chemica omnium memoratarum lactis ſpecierum diligenter inſtituenda, quantitas relativa principii mucoſi, caſeoſi et butyracei in iis contenti, nec non ſalium natura diligenter determinanda eſt. Rogantur enixe chemici et medici, vt lac anni temporum variorum, ſoli diuerſi examinent, nec producta lactis, liquores fermentatos, ſalem et caſeum negligant. Si omnes lactis ſpecies examinari nequeunt, humanum lac inprimis examinandum eſt. Praemium diſtribuetur in conſeſſu ſocietatis feſto S. Ludouici die ann. 1786. Diſſertationes ante primum Maii diem eiusdem anni Societati transmittendae ſunt, et quidem perpetuo illius Secretario, Cl° VICQ D'AZYR.

Inprimis autem Societas ad deſcriptionem morborum epidemicorum, methodum iis medendi, et hiſtoriam conſtitutionis epidemicae cuiuscumque anni reſpicit, idque princeps obiectum eſt, cum quo perpetuo occupatur. Summam 4000 librarum publicarum ſocietati benigniſſime dedit Illuſtre regimen, vt ea medici ad labores tales incitarentur. Excudentur itaque monetae variae aureae argenteaeque praemio iis deſtinatae, qui in epidemicis talibus deſcribendis homines et pecora inuiſerunt. Hae monetae omnes in conſeſſu publico ſocietatis, anno [illegible] dignioribus dabuntur. Praemiis etiam proponuntur indigenae et exteri ornabuntur, qui in topographia medicinali loci aut regionis cuiusdam Galliae, de aquis mineralibus et medicinalibus, in morbis [illegible]

tificum

tificum et in beſtiarum morbis deſcribendis operam inſumſerint.

De vita IOH. PETRI DAVID, Chirurgi quondam et Profeſſoris Rothomagienſis celeberrimi, de cuius morte ſupra *) retulimus, haec nobiscum communicata ſunt:

Natus eſt anno 1737 in ducatu Burgundiae. Finitis puerilis aetatis ſtudiis, ad chirurgiam ſeſe contulit, eamque a dexterrimis huius artis magiſtris, tum in patria ſua, tum Lugduni, didicit. Cum vero mature ſcientiae pariter ac gloriae eſſet cupidiſſimus, noluit intra ſolius chirurgiae limites ſubſiſtere; ſed medicinam et omnino rerum naturalium cognitionem arctiſſimo nexu cum chirurgia coniunctam eſſe ratus, Parisios, artium quarumuis ſedem florentiſſimam, profectus eſt, ibidemque inde ab anno 1757 vsque ad annum 1768 virorum medicinae, chirurgiae et phyſices peritia celeberrimorum inſtitutione et conſuetudine vſus eſt. Annos natus 25 obſeruationes de venaeſectione eiusdemque in variis corporis humani partibus inſtitutae effectis, (*Recherches ſur la ſaignée et ſur les effets, qu'elle produit, relativement à la partie, ou on la fait* 1762. 1773. 12.) edidit, eoque libello varios veterum errores, ipſasque QUESNAYI et BERTRANDI opiniones erudite quidem, ſed cum modeſtia oppugnauit. Eodem anno alia diſſertatione de auxiliis medicis et chirurgicis, quibus lactis ad mammas affluxus, vel augeri, vel minui et cohiberi poteſt, (*ſur ce qu'il convient de faire pour diminuer, augmenter, ou ſupprimer le lait des femmes*, Paris 1763. 12.) praemium duplum a ſocietate ſcientiarum Harlemenſi propoſitum retulit. Anno 1764, vt ſummos in arte medica honores capeſſendi licentiam, quam dicunt, ſibi acquireret, diſſertationem *de partu caeſareo*,

*) vid. comm. noſtr. Vol. hui. p. 544.

reo, praeſide Cl° LOUIS, publice defendit, eamque Ill. DE LA MARTINIERE, Protochirurgo regio, dicauit, qui et ſumtus nouo honori impendendos noſtro praebuerat, et profeſſorii muneris impetrandi ſpem illi fecerat. Eodem anno, cum academia chirurgorum Pariſienſis quaeſtionem propoſuiſſet: qua ratione abſceſſus in variis corporis partibus aperiri et ſanare conueniat? Cl. DAVID diſſertatione erudita praemium duplex, quod Academia optime reſponſuro decreuerat, promeruit. Cum vero bonus quisque et ingenio liberali praeditus, eos, qui pari virtute excellant, diligere magnique facere ſolet, non mirum eſt profecto, Noſtrum, vtut adolescentem, LE CAT, Chirurgo celeberrimo et anatomes peritia maximam auctoritatem conſecuto, inprimis placuiſſe, adeo, vt et filiam ipſi deſponſaret, et a magiſtratu Rothomagienſi hoc ipſi impetraret, ut poſt ſua fata noſocomium huius vrbis maximum (*Hôtel Dieu*), cui Chirurgi primarii auctoritate LE CAT praeerat, ſimulque cathedra anatomica et chirurgica, DAVIDIS curae committeretur. Interea cum haec fierent, Academia ſcientiarum Rothomagica et Chirurgica Pariſienſis Noſtrum inter ſodales ſuos receperunt.

Pleraeque Academiae et ſocietates eruditae hanc legem ſancte obſeruant, vt ne quis ex ſodalium ſuorum numero praemia publice ab ipſis propoſita aliqui conetur; beneque Cl. DAVIDEM hoc nouiſſe tradibile eſt. Nihilominus tamen cum a. 1771 Academia Chirurgorum Pariſina quaeſtionem de effectu contrafiſſurarum, varia, praeter caput, corporis loca affligentium, propoſuiſſet, pro ea, qua flagraret, patriae honeſta cupiditate, temperare ſibi non potuit, quin iterum in arenam deſcenderet, et ſimulato *Iohannis Martini Baſilii* nomine quaeſtionem illam diſcuteret. Verum haec ipſa diſſertatio, quae quippe

